

171

Handwritten text in a historical script, possibly Latin or German, including the word "Vrinis".



III 578

carne
munt ex
ut munt
ia de
p
munt
ceptu p
munt
in f am.
et
munt
munt
tu m die
hoste epu
p. p. u. u.
munt
munt


pro de
ut que no
vone su
m uad d
ulio no e
p renno
no ofua
glo m
ntis q m
e ut de m
t de ad d
k lalioe b
v d d e a
fatione. n
p ex b
ut audiu
mi noluit
frangar
mang p
acilitate
u pto.
nara q

di
no
w
T
o
no
w
no
m
v
but
ad
w
x
m
ant
pe
ate
o
fe


Handwritten scribbles and faint text in the upper left corner.

Vertical handwritten text on the left side of the page.

Faint horizontal handwritten text in the upper middle section.



Debentur morti, ne quid nimis.



20 Med. III. 578

²Be

VD 16

HENRICVS SYBOLD ARTIS MEDI
CAE PROFESSOR, LECTO
RI SALVTEM.

PRISCORVM AETAS REI MEDI
CAE olim studiosissima, Lector optime, cum
rerum naturas non sine admiratione crebra
indagine scrutaretur, eā imprimis Medicinæ par
tem excoluit, atq; in ea summo studio occupata
fuit, quæ circa Naturam simplicium uersatur.
Nullum (ut aiunt) non mouens lapidem, in natu
ra & proprietate simplicium inquirenda, quo po
steritati pro uirili sua cōmodaret. Nimirum acu
te intelligens, notitiam simplicium, uel præcipua
am partem esse Medicæ professionis. Siquidem
horum uirtus tam latissime patet, tam efficaces
sunt horum uires, ut quidā in ea sententia fuerint,
singulos morbos, qui modo curam recipiant, sin
gulis simplicibus, egritudini apte adhibitis, recte
curari. Vt autem Medicæ artis caput est, medelā
cōmode ministrare & applicare egroto corpori,
Ita haud dubie primus gradus est, cupientibus in
gredi Medicæ disciplinæ sacrariū, si uoces simpli
ciū, horumq; occultas & peculiare proprietates,
exacte teneant. Proinde quos hæc studia iuuant,
ut neminem non oblectare possunt, cui cordi est
recta ualetudo, hñ in agnoscendis simplicium na

A ij

curis primum se fulciant, ac dein simplicissimam
illam (ut ita dicam) medendi rationem, dextro
apolline tentent. Quo fiet, ut confusaneas illas re
rum mixturas & cocturas, uel euitare, uel modes
tius adhibere, aut ubi morbi qualitas tulerit, cū
iudicio attemperare ualeant. Cum autem Geor
gius ille Valla, omnium honestarum disciplinarū
uallum munitissimū, in hac parte Medicinæ, quæ
simplicium naturas discutit, primam laudem me
ruerit, orationis munditie, ordine, rerum propriis
etate reddenda, nemine posterior, Nos ex illius
plane exquisitis uoluminibus, selegimus librum,
cui titulum fecit, de Natura simplicium. Non tam
ut prelum nostrum, temporum infœlicitate otio
sum & squalidum, pro publico studiorum cōmo
do, ad intermissum opus reuocaremus, sed etiam,
ut hoc libello ueluti exporrecto quodam signo,
ad sacrosanctam Medicinæ professionem excitare
mus studiosos. Sed quid te moror amice Lector?

Nihil hic necesse, aut operi, aut operis autori
patrocinari, cum solidis præsijs ita cir
cumuallatus sit Valla, ut alieno pa
trocinio nō egeat. Tu opera
nostra utere, fruere libel
lo, & bene uale.



GEORGII VALLAE PLACEN
TINI VIRI CLARISSIMI,
DE NATURA SIM
PLICIUM.

Simplicium naturam intueamur a præ
stantissimis proditam Medicis, quam
eorum mentibus diffudit, qui cuncta
condidit suo nutu. Colligendam ergo du
cimus, si prius tamē pauca ad eorum unis
uerſam cognitionem cōmonefecerimus,
quo sub manū cuncta etiam quæ nō me
morabūtur, (qui possunt referri cuncta?)
ueniant, procliuiusq; nobis innotescant.

IN VNIVERSVM DE
differentijs Simplicium.

Sciendum itaq; differentias singulatim
suas effectuum esse in uno quoq; me
dicamine. Certum quidē certe habent *Gradus*
simplicia *δοξιακῶν* limitem omnia, calidæ, uel frigidæ,
ucl aridæ, uel humidæ qualitatis, uel
partium tenuitatis, uel crassitudinis. Verū
quousq; in quouis ipsorum sit proceden
dum, neq; dici, neq; sciri a quoquā potest.
Tentauerunt autem Insignes doctrina me
dici terminis quibusdā concludere certis,

A iij

*Rpōsis .
Cōplexio .*

qui satis uisi sunt in huius artis usum posse peruenire, unum quidem genus docuere, quod in simile nostris corporibus transit temperamentum, ut uero nunc fere loquimur complexionem, in ipso siquidem corpore humano caliditatis quoddam principium est immutationem, atq; qualitatis ab alienationem, quam alterationem nunc omnes nominant. Alterum autem genus fecere calidius, quod, quam maxime uix ferre possimus. Huius nimirum totius caliditatis quatuor ordines, quos gradus uocamus, instituire, ut primus sensu uix omnino percipi queat, uel certe non percipitur, sed considerantis tantum ratione perpendatur. Alter qui secundus iam sensu percipiatur. Alius qui tertius iam multum calefaciens, necdum tamen exurens gradus. Post quem quartus ac ultimus uim habet exurendi. Ita porro etiam refrigerantium

Ordo calefacientiū .

Ordo refrigerantiū .

Oleū rosarū .

ordo est, ut primus refrigerandi indicationem non admittat, Secundus iam frigescere sentiatur, inde tertius, postremo quartus, qui ubi terminetur, tibi liceat ignorare. Iuxta horum proportionem noris humecta, & arida habere, utq; id procliuius accipiatur, ponatur in primo gradu inter refrigerantia oleū rosaceum, uel rosa ipsa.

In secundo, rosæ succus . In tertio & quarto quoad frigidissimam attingerimus qualitatem, papauer, & cicuta, & mandragora, hyoscyamus. In calidis anethum in primo, in secundo ubi secunda qualitas apparebit, ita in tertio, ita in quarto, quoad tandem peruenerimus ad ea, quæ iam urunt, nedum calefaciunt. Eodem modo de humidis, aridisque dicemus medicaminibus, necnon a temperatis exorsi, ad extrema usque perueniemus, ab huiusmodi namque cognitione in arte medendi non parua comparabitur experientia. Gustum quoque exercere expedit, ratione singula animaduertente, singulasque tenere memoria succorum proprietates, ita namque de uarijs regionibus alatas in eadem specie, quæ nam sit differentia iudicare poterimus, quoniam in narratis alienis, tam ab authoribus falli, quam a mendosis possumus codicibus, nam potuerunt tum illi ita percepisse, ubi quod nobis offeratur, secus sentiamus. Ergo statim cum linguæ admouebitur multum arefaciens, & contrahens & exasperans intelligatur. Traduntur sane a ueteribus Medicis succis saporum genera esse tredecim, dulce, suaue, pingue, amarum, austerum, acre, acutum, acerbum, acidum, salsum, nam pre-

*papauer. cicuta
mandragora.*

*Saporum
genera*

ter hæc sunt tria genera mirablli maxime
natura, unum in quo plures pariter sentio
untur sapes, ut uinis, nanq; in ijs et auste
rum, & acutum, & dulce, & suaue. Alterū
est genus, in quo sit & alienus quidem sas
por, sed & suus quidam & peculiaris, ut la
ctis, siquidem inest ei, quod tamē iure dici
non potest, dulce, & pingue, & suaue. obti
nente uim lenitate, quæ ipsa succedit in sa
poris uicē, nullus hic aquis ne succus quid
dem, ut tamen eo ipso fiat aliquis, ac suum
faciat genus. Sentiri siquidem aquæ per se
saporem ullū, succumue, uitium putatur,
magnum his omnibus in odore momens
tum, & magna cognatio, qui & ipse aquis
nullus, aut si sentitur, uitium sit, ut tria uis
deantur præcipua elementa, sine sapore, si
ne odore, sine succo, aqua, aer, ignis. Ideo
non iniuria sunt quam terra magis simpli
cia minus inquā remixta, quemadmodū
igitur pira agrestia, & pruna, quæ spini ses
runt arbusto, non arbore nascūtur, aori &
græcis dicta, & corna, & id genus alia, quæ
omnia acria sunt, in quibus intensa quedā
est austeritas. Quæ uero inter attingendū
linguam ipsam neutiquam astringunt ac
contrahunt, sicut acerba, alium sapore habent.
Quæ uero abradētia abstergeuāq;

uncta, sassa dicuntur. At quæ his adhuc
magis corrugant, amara nominantur. Ve-
rum lancinantia abrodentiaq; cum calidi-
tate uæhementi acuta, sed quæ citra calidi-
tatem ullã uellicant acida, quæ porro sub-
linunt, & quasi replent, linguæq; partes ab-
rosas mitigant cum euidenti attingendo
uoluptate, dulcia nominantur, ut quæ nõ
euidenter ac perspicuam non ingerunt
uoluptatem, pinguia nũcupantur. Quod
si acuta uelis manifesto depræhendere, po-
teris profecto allijs, porris, cepisq;, & id ge-
nus alijs mansis nosse, ut ea teneas memo-
ria, ut acerbitatẽ ex uua præmatura, eiusq;
succo omphacio, ita ex præmaturis pomis,
amaritudinem ex bile, dulcedinem ex mel-
le uel saccharo, ut qualitatis expers aqua
putilatissima uidetur, sicut iam dictum est.
Sunt quæ inter hæc medium quoddã tes-
nent, humida, quæ aquea nullum negoti-
um est nosse, quæ arida terrestria, alia non
terrestria modo, sed etiam aquea sunt, alia
non parum aeris continent, hæc tenacia
glutinosaq;, & ob hoc emplastica dici so-
lent. Emplastorum autem medicami-
num natura duplex, una terrestris, & arida
prorsus, altera in totum glutinosa, e terra
aquaq; cõstans multa, nec nõ aere, ut dulce

Emplasti-
corũ me-
dicaminũ
natura, b-
sida.

A v

oleū, oui albumen, sed magis terrestre oleum, & lactis concretio, emplasticum est, ut suis pinguedo, uelut axungia, adeps, tauri autem & hirci adeps acuta, magisq; terrestris quam suum, anseris autem & galli est quidem calidior, & aridior quam suum, sed partium tenuium, & neutiquam terrestris. Pinguedines itaq; quæ acumen habent nullum, emplasticæ sunt, meatusq; habent magis aridæ sunt & terrestres. Huiusmodi autē sunt, ut subacta ablutaq; admodum cæra, & perinde huiusmodi sunt emplastica medicamina. Quæ uero acerba terrestria crassarumq; partium, qualitate frigida, acida, porro tenuium partium, frigida similiter acerbescunt, quæ succis inferuntur terrestres habentia partes colliquescentia. Hæc etiam astringentia et arefacientia sunt, faciliora sensibilibus lingue partibus. Quæ cum sint asperiora, apparent acria, at minus aspera, austeriora. Recte frigidū huiusmodi succorum dicimus temperamentum, uerum cum inæqualiter arefacit, id namq; inducit asperitatem, prorsus id terrestre fuerit, nam quod æquale aqueum corpora penetrat, & discissum denuo facile coit, nam terrestre discinditur friaturq; nec tamē acile coit. Corpus ergo acre, terrestre

& frigidum est, discutiatur autem tribus
modis necesse est, aut calefactū, aut humes-
ctum, aut utroq; modo, quod si solum ca-
lescit, solum nō erit humidius neq; mollius,
sed cum sit asperius, assequitur dulcedinē,
quemadmodum quercus glandes, præcis
pueq; castaneæ, quæ omnia si humectentur
solum si sint partium crassarum & aquosa
fuerit humiditas, fiunt austera, acerbū nāq;
dissolutum, austerum facit succum, omnis
siquidem succi potētiā aquea obtundit
humiditas, sin partium fuerit tenuium, et
aerosa humiditas accesserit, acidum efficie-
tur, quod enim tenuium partium frigidū
acidam efficit qualitatem. Sin humescat et
simul incalescat, cum aquea quidem humi-
ditate in dulcedinem delabitur, cum aero-
sa autem in pinguedinem. Arborū nanq;
fructus qui dulces nobis apparent, flacces-
cunt, acres & aridi iuxta producentis na-
turam arboris. Procedente porro tempo-
re humidiores, admittunt autē aliqua aco-
rem cum acrore, huncq; paulum remitten-
tia dulcia euadunt, fructus aliqui non in ar-
boribus, sed decerpti cum tempore ipso
dulcedinem admittunt. Alij porro nō mo-
do ab acore, sed ab acrore in dulcedinem
deveniūt, sicut fructus oliuę, bacce inquam

**Calor a
natura ge
minus.**

ipsæ. Calore autē omnes concoquuntur,
qui a natura duplex, unus quidem suus ip
sorum & cuilibet a naturali principio insi
tus, alter autem extrinsecus adueniens a so
le, at si primo sint acriores, macerantur ac
dulcescunt, ex caliditate namq; ipsis est dul
cedo, ex frigiditate, acor & acror est, id
quod ex fructibus nobis licet arborum
nosse, qui primo acres, postea uero dulces
euadunt, alij autem acidi, alij austeri, alij
perpetuo acres durant, alij pinguescunt, ac
iuxta dictarum qualitatum mixtiones omni
sariam subeunt uarietatem, acres perpetuo
manent fructus ipsius quercus, arbuti, &
corni, ita quidam alij, quoniam & frigidi
& aridi sunt, ac permanent ut primo fuere
præter augmentum nullam aliam subeun
tia qualitatis mutationem, acer autem si
mulq; dulcis myrti, & piri siluestris, auster
us solum est uitium aminæarum fructus
& uinum, & huiusmodi austerus simul &
dulcis mali punici fructus, pinguis simul
fructus & succus oliuæ est, unde oleum.
Si quis fructus cito frigescit, cito quoq; a
cescit. Illud manifestum quod imperfectum
& frigidum acescit, perfectum, & calidum
acidum non est, sed dulce, quare cum uinum
frigescit, acescit quoq; aceto quidem adue

nis ex labefactio calore acor. At omphacis
uuae inquam praematurae succus quod ca-
liditatem non habeat acquisiticia ob hoc
ne quidem aceti acorem habet, & perinde
magis tenuium est partium accium, qua
omphacium, quod sensus ipse testatur. Ve-
rum aceti acor non satis est superare frigiditatem
in celere mque se penetratum sugge-
rit, quanto enim calidum frigidum est magis
patulum meatibus, tanto etiam aceti humor
penetrat expeditius sensilium corporum
meatus. Quare uis acuta utpote uiam pre-
occupans praebet, frigida uero non longe
consequitur, & sensu haud facile dixeris
mixtum acorem frigidum concedere. Senti-
mus namque in ipso accessu acoris. At frigiditas
acorem consecuta, pacat et extinguit
statim acorem. Ideo multo plus ex frigiditate
sensus, quam ex caliditate. Nam per
aestatem bibendo nonnulli oxycratum, ma-
nifesto refrigerantur, sitimque sedant, quan-
do quidem sitis fit duobus modis, uno qui
dem humoris inopia, altero autem caliditatis
adfluentia, ex ariditate factae non suc-
currit, sed ei, quae ex caliditate. Humectare
siquidem per se acetum non potest, at refri-
gerat non incommode. Itaque neque in arida
dis temperantia siti, neque in calida & arida

Sitis un-
de profi-
ciscitur.

da potest unquam sumptum mederi acetum. Quod si in idem concurrunt humiditas caliditati, tum demum medicamen bonum acetum est, alioqui in febris, quæ causi dicuntur sitientibus, inq; alijs ardoribus omnibus, & æstu uæhementi, compositum medicamen ex aqua & aceto præbetur. Neq; enim acetum incommode frigidum est, & per tenues facile subit partes. Aqua porro ad refrigerandum idonea, omnium lōge humidissima, melior aceto ardentibus est hypochondijs. Omphacium extrinsecus appositum, quod nullum habeat uiolentum percussorium habitū, neq; ammixtum lancinans acumen iuuat, omphacium ergo non acidum modo est, sed etiam acre, nam ut dictum est, omnes propemodum arborum fructus circa ortum accrescunt, uerum non modo acidū frigidum est, sed etiam acre & austerum. Ac si quis gustet mala cydonia, aut myrti aut mespillorum, manifesto nouerit alium ab acidis nobis in lingua gigni sensum, alium ab acris, uel austeris, nam acris obtrudere introrsus uidentur, quam attingunt partem undiq; æqualiter, tanquam pellant, cogātq; austera introrsum meare, uidentur asperum quædam & inæqualem

sensum inducere. Sane utcumq; ista varietas est, cuncta tamen nutrientia cognata, ac peculiaris sunt uniuersis nutritorum essentijs. Proin ob hoc eduliorum, medicaminumq; non una hominibus omnibus conuenit species, quilibet enim suo oblectatur iuuaturq;. Hæc cum ita habeant, quod minus dulce edulium, id minus calidum, quod magis dulce, magis quoq; calidum quo dulcius. Quod si ad immoderatam peruenerit caliditatem, non iam huiusmodi dulce, sed amarum uidebitur, sicut mel inueteres scens, & magis coctum, ita quiduis aliud dulce. Omne autem amarum infringere, & secare glutinosos & crassos succos potest, ut cinis & nitrum. Quod autem aridus succus amarescat temperamento, necnon terrestris minus omnibus contabescit amarior, nec lumbricos, aliudue animal gignit quemadmodum in herbis & fructibus arborum tabescentibus est uidere. In humidis certe corporibus plurimi nascuntur uermes, amara inquam ego in quibus alia ulla qualitas non sentitur. Sicut ergo proprie dulce nutrit, absolute amarum non nutrit. Ita quod medium tenet locum nutrit, sed minus, quam dulce, proxime ad amaritudinem succus accedit salsus, ambo

**Mare
mortuū**

namq; terrestres, & calidi, differunt tamen
inter se, & perinde stagnum, quod accolæ
mare mortuum uocant, cū amarescat eius
aqua ob solem, per æstatem magis, quam
per hyemem fertur amarescere, quā si quis
hauriat uase, et radijs solis subiiciat, adhuc
magis sentiet amarorem. Ibi neq; stirps ul
la, neq; gignitur animal, sed si ex proximis
fluuijs pisces immittat quispiam, moriun
tur. In hierichonte autem fluuio, quē Ior
danem uocant proximo, piscis nullus ipsi
us audet exire hostium, ex quo si quis abs
ducat, stagnoq; immittat, statim mori spes
ætatur, ob hoc mare mortuum dici perhi
bent. In uniuersum autem amaros succos
possumus definire, ut dicamus ipsos seca
re, abstergere, tenuare, eatenus calidos qua
tenus non urant, acuti succi etiā calidi sunt
ut abrodant, exurantq;, ac secent cutē ap
positi forinsecus, intus corpus uexent. Ad
uersantur autem quibusdā animantibus,
quicunq; immoderatam caliditatem sorti
ti solum, si densiores & terrestres fuerint.
Lethales etiam homini, ut auripigmentū
& sandaracha, & huiusmodi alia, quæ tes
nium sunt partium semina excretiua, &
sudorem mouentia, sectiuaq; sunt. Quod
de succis diximus, idem de fumis possis in
telligere

telligere, multi nanq; succorum sunt similes, ut olfactu depræhendimus, sicut allia, & cepe, quæ olfactum uellicant, quædam sensum iuuant, qui fumi binas habent species. Sunt enim bene, & male olentes, nec tamen ex odore conijcere uim temperamentum statim possumus, ut ex gustu, bene enim olentia crassarum sunt partium, sed necdum certa caliditas, atq; frigiditas, uerum quæ odorata, tenuiumq; partiū sunt, ea etiam calida. Quantum uero tenuitatis & caliditatis sit, ex odore non noueris, sed ex gustu, & perinde ex rosæ odore cunctas etiam eius haud quaquam noueris qualitates, uerum ex gustu noueris, ita ne quidē ex coloribus possis. Potest tamen fieri ut ex colore aliquatenus noris temperamentum, ut cæpe, scylæ, & uini, quo enim hæc magis alba, eo minus calida, quæ flaua, rufaq; calidiora. In quocunq; enim genere, ubi uterq; color inuenitur, rufa albis semper sunt calidiora. Deniq; quoniam medicaminū alia quidem sunt ex animalibus, uel stirpibus, uel fructibus, uel horum iura, uel succi, quædā ex metallicis capiuntur, Commodius uidemur facturi, ut primo de stirpibus dicamus, non quæcunq; in orbe terrarum (quis enim hoc audeas

B

polliceri?) sed quæ in experientiam præstantissimorum uenere Medicorū, quæque uim habent insignem, inde de metallis. Ab ipso igitur nunc Abrotano nobis sumemus initium, inde ex ordine literarum cæteras ita stirpes prosequemur.

Ἀβροτόνον
Arabes kaisū uocat sicut
kaišim luytur

A Brotanum calidum est, & siccū potestate in tertio ordine, uim quoque secandi ac distrahendi habet post moderata positum, gustu satis amarum. Talis succus essentiam habere terrestrem ostenditur, uerum ob uberem caliditatem tenuis efficitur. Proinde, & calefacit, & arefacit non incommode, quare cocta herba cum solijs ac floribus in oleo, dein si quis eo perungatur oleo affectus, in redeuntibus febris frigore antequam rigor ille aduentet, minus frigebit. Interimit quoque lumbricos ipsius cōcoctio pota, perque clysterem immissa, magis quā absinthij. Pauculum acrorem habet Abrotanum, id propterea etiam stomacho malum. Duæ sane species sunt Abrotani, masculina, & foemina. Fructus huius cōtritum cum aqua potus, subcurrit orthopnoæ, fracturis, uulsiōnibus, ischiadicis, dysurijs, & lethalibus medicaminibus, & alopecijs, cū uino potus,

Dios. li. 3.
cap. 27.

opnæ ? thronæ uocatur
(timore suffocatio)
nam, si qd resto fuit
raretes suffocant

rus, subcurrit orthopnoæ, fracturis, uulsiōnibus, ischiadicis, dysurijs, & lethalibus medicaminibus, & alopecijs, cū uino potus,

Alopecia i capitis nite fit fedis
vulnaribus, qd feditas vulnibus
vulnaribus exhibet fistulas

2
tus. Stratum Abrotanum arcet serpentes.
Potum cum uino iuuat morfos, subcurrit
oculorum inflammationibus cum cydo-
nio cocto, aut cū pane facto cataplasmate.

Abrotanum ustum, calidum & siccum
potestatem maiorem habet, quā ^{rumoribus} color
cyntha, sicca usta, & quā anethi radix, illa
nāq; hulcerib; humidis, simulq; sine inflā-
matione factis congruit, ob hoc perhibe-
tur maxime cōuenire pudibundis. Com-
busti autē Abrotani cinis, hulceribus im-
positus, ea abrodit. Ob hoc alopētis con-
gruit cū oleo cicino, aut raphanino, aut
cucurbitino, aut iuncino, aut uetusto ma-
defactus.

^{ob rufitudo} Agnus siue Lygus, ut Romani salix ma-
rina stirps est arbuta, huius folia et flores
& semina, calidæ & aridæ potentix in ter-
tio ordine, atq; distantia, satis rararum par-
tium, urinam cit & menses fœminarum,
aluum sistit, hydropicis & lienibus utilis.
Bibitur seminis drachma in uino, uel po-
sca, estq; eius fructus manducabilis, calefa-
cit manifesto, simulq; dolorem creat capi-
tis. Exiguum corpori præbet nutrimentū
idq; exiccans, & calefaciēs, & inflans, ideo
uenerem exoluit, & perinde non manus
modo, et potus ad castitatem obtinendam

*αγνος arbutus est smilax
salmis folia hñs
λυγος nascit in flumina
na uel in campis quos
longas nuntis surgas qd
Dios. lib. 1. similitudine sua
cap. 26. quod folia aliu
maiora atq; meliora habet
tms spes sui dux altera r
flori purpureo. altera r alb
semd hñs nistar pps. pl
mg li 24 ca 9. an medim.
iuxta est qd no mult
a salre distans folioq; aspre
msi qd odore gram est.*

B ij

prodest, sed etiam substratum iecinori, & spleni. Obduratis & opilatis sæmen agni magis congruit, quàm ruta. Capiti sumū adfert, dolores capitis cataplasmate soluit, durities testiculorum cum butyro & folijs uitis mollit. Agnos autem adpellatus, q̄ in sacris Cereris mulieres castę sibi subster nerent. Lycus uero ob surculi firmitudinem. Vitex latine etiam dicitur.

pli. li 24 cap. 9 p̄ p̄rippiu

Matronę thesmophoria abusi

ἄγρωσις

Agrostis longa mit. Dioscorides
habet nodosas & spensas sup
terra. sup q̄s folia aruta,
lata duarq; sup sunt radice
minoris, radix est illi nodo
sa & dulcis, quā bonis di
alia aialia p̄fuit

Agrostis, quæ latine gramen adpellat, radix, mediocriter frigida, & arida est, & ob hoc cruentorum hulcerū glutinatrix. Ipsa uero herba pro emplastro habita, refrigerat non uæhementer. Inter humiditatem & ariditatem posita. In radice abrosio pauca, partiumq; tenuitas est, ut calculos atterat, si quis coctam epotarit. Huius sæmen ubiq; inuentum imbecille, præterq; in parnaso, id certe urinam cit, & uentris arefacit profluuiã, stomachiq; humorem nimium. Vis omnino ipsius est arefaciendi, tenuiumq; partium, & sub acris.

ἄνχουρα

Anchusæ quatuor sunt, neutiq; eiusdē omnes potentia, nam quæ onclia nuncupatur, acerbam, simulq; subamaram radicem habet, ut satis ea densescere possint corpora, & mediocriter attenuari, & abstergi, abluicq; biliosi falsosiq; humores, &

pli. li 27. cap. 12 p̄ p̄rippiu
Onchia longa folia habet
fore ad tres digitos i tra ia
reha tria ad sitrudine
anchuse mnsa, sine caule
sio suo sine flore.

^{Arquatis} perinde ^{lencis} arquatis, & ^{et in labiis} splenicis, & nephriticis, comode opitulatur, mediocriterque refrigerat. Quamobrem ad emplastrum deducta cum farina, igni sacro amouendo opitulatur, extrinsecusque apposita arcet exterminatque, ob hoc uiriliginibus & lepris cum aceto medetur. Huius autem herbae folia, sunt radice imbecilliora, non nihil arescunt, & acerbescunt astringuntque, unde etiam cum uino pota medentur profluuiis. Lycapsos quoque adpellata itidem congruit igni sacro, habetque radicem acerbioram, quam onoclia, uerum onochili, & quae alibi adius dicitur, potentia magis medica est, multumque congruit & uiperis demorsis emplastrum obducta, ac etiam deuorata. Quarta anchusa exigua, & prope sine nomine, proxima alcibiadio, at amarior & magis medica, ob hoc ad latos perimens dum lumbricos idonea, aceto intincta cum hysopo, & cardamo pota.

Lycapsos longioribus quae laura est foliis grossularibus quae rante longo usum agnatis simulque rubralibus sapore peruo ppruo nascit in caputribus phrygiae 27 ra 11.

Galenus quae nomen huius esse dicit. vi de simpli me

Agaricum uim habet calefaciendi, & $\alpha\gamma\alpha\sigma\iota\kappa\acute{o}\nu$. distrahendi secandique crassitudinem, per purgat autem intestina, & opilationes dis- mouet, & ob hoc regio morbo, quem etiam uocamus arquatum, tum & uoce graeca ictericum, medetur. lecinoris subcurrit doloribus, necnon comitali morbo, rhigores

plinij li 16. ra 9. Agaricus. Galliarum maxime arbores glandifere. agaricus ferunt. Est autem fungus candidus odoratus amidois effrax. infirmis arboribus nascit & non relictis. Siquid hoc est quod in libris Arabis garionda dicitur a nobis huius nomen dicitur.

B iij

Celsus in pluribus mitha laudat quod habet puris esse
 Antidota vocat barignis et rosiadum puri lob similia in
 dunt. Noster vero distinguit, rapillu u. polytritho adia
 uo et galluric quoduis has pme spis cusele uerimis, sed
 februm, quæ ex crassis & glutinosis fiunt
 humoribus arcet, sedatq;. Prodest etiam
 eis, qui à feris ex frigiditate oblesi sunt, aut
 demorsi, in leso appositū loco, estq; omnis
 no uis in eo purgandi.

Adiantum polytrithon
 triron galluricū rapillu uent
 nis eandē h'ba esse apud
 veteres reperio. Cui Galenus
 Dios. dicit h'ba h'ba folia
 habere rosiacho sitia sassa
 sumitare. Ramos habere q
 subnites meroe uing palmi
 longitudo. et in lonis
 h'ba paruchy q; splu ray
 humida, uix taq; hab id
 gregatob fontu q; m'iq.
 Δειξωον
 Diastio aizo
 mang dnt
 p'oi p'ed folia
 uiridia habet
 d'k bupab Δεγα
 butsalmon et zorsalmon
 coota fr minor 9^o uimim
 laris uide p'med h'z ra
 II rura m'eduo

Adiantum arefacit, attenuat, et distrahit,
 nam areas ac alopecias densat, & ex tho
 race ac pulmone educēdo tenaces, & cras
 sos humores, non parū confert, sistitq; alui
 fluxus, medium habet locum caliditate fr
 giditateq; temperatum.

Agerantum potentia est distrahendi, &
 clementer arcendi pituitam.

Aizoum, quod semperuiū dicimus,
 utrunq; tam paruum quā magnum are
 facit quidem aliquantulum, quod etiam
 mediocriter acerbescit atq; astringit, refris
 gerat uero nō mediocriter, est enim tertiae
 distantia, atq; ordinis refrigerantiū, & ob
 hoc aduersum ignem sacrum, & herpetas
 atq; inflammationes, quæ ex distillationis
 bus sunt, conuenit.

Avena h'ba
 segetis nō folijs h'mo simill
 bz. simplim bz qd sed h'nsu
 nis i' tenui calamo habet
 i' sumitatu firmo h'bz h'ymim
 ad h' ex q'bz aris i' similibz rap
 lis extap Her ab h'me
 deuser.

Aegilops, quæ auena à quibusdam dis
 citur, distrahendi habet potentiam. Obdu
 ratas ergo inflammationes, & ægilopas,
 & alopecias sedat.

Aegri flores, potentia sunt calidæ, in
 primoq; sunt temperatorum ordine. Are
 facit.

facit autem mediocriter ipsa, estque partium
 tenuium, rhesinaque ipsius calidior, quam sit
 florum uis, populus dicitur à nostris, eius
 folia cum aceto in pacta podagricos dolo
 res amouent. Fructus cum aceto potus,
 iuuat comitiali morbo languentem.

*Dioscorides .mq. sumit qd
 eius sumit flum denique mari
 clamo et ibi carthaginiensis dista
 lat regulas in sumit .i.
 kazabi.*
Populus

Acacia terij quidem est arefacientium
 ordinis, sed refrigerantium secundi, cum
 absterfa, At cum non absterfa, neque abluta
 primi, quæ similiū partium nō est, quæ
 dam partes dispersas habet tenuium parti
 um & calidas, quæ inter abstergendum se
 cedunt, est autem stirps.

ακακία . Dioscorides .mq
*Arana .x. frum spumose fir
 arboris magno nascitur .hi
 r frumly dclur olua pmit
 z sumit in sole sicut
 Nos uad tali arana raretes
 de frumtu primelloy siluicru
 sumto expiso z deortio ad spif
 siluam farmy et iurmt m'a offiana.*

Allium calefacit & arefacit in quarta di
 stantia mansum citra inflationem, & sitim
 Crassos & glutinosos humores diducit, &
 diluicet. Habet quiddam medicamentosum
 et mali humoris, quod abijcit aqua coctū.
 Vfus eius frequens uitandus, præsertim
 calidis.

σκόροδον
 Dios. lib. 2
 cap. 138.

Acalyphe, quæ etiam enide, aut alij seni
 tha uocatur, latine dici urticam quidā pu
 tant, ut Dioscorides, cuius binæ species, &
 eandē uim fere habent. Quæ asperior ag
 grestiorque, ea ualidior. Huius herbæ folia
 & fructus satis magnæ sunt potentia, ut
 ualide calefaciant. Medetur autem tubers
 culis & parotidibus, exque thorace ac pul
 monibus.

ακακία
*cat. uirtu pma califanti
 calefioe no multa z
 desipat desipanoe. sim onoz
 durano et amikre. Er scita
 uirtu q resoluit resolu
 tione multa r q hri.*

Basii 3^o al ruy 25. urtica ra^{da} q roud
B iij
*stimulat uoluntate . de p'tore viscosu expellit flegma
 reneq mouet.*

be guesit. Quando exoriat sunt vena & terit et misit melle et fuit. et
 fortitudas. Et os rami ne tuncat lingua. et rufi rui ne admittat et dicit
 eg a xx gms vsq ad xxx.

saar elpamra. Sump vrb
 h p qat hnois viscosos. z p
 uocat vrind. z rō fert dlori
 by rind. etinnat ruf may
 it. si rō dāt p. ruy is ot vlt
 lis ouoy. Et qm biber
 seramiabi. rō fert spha u dolo
 ri latis.

Nasit m pa **ακανθος**
 vrabg z lapidosi loris hmu
 mgra folia habet valde
 amisa z pignia sicut cusa
 longa. vidi **ακανθίου**
 Simon
 phinius h 24. ra 12.

Nasit m q **ακανθα**
 Diasporides in montibg
 atqz siluistrig loris z
 viridia folia habet ut
 rannelonta alba sidan
 quora atbidioraqz daf
 pera z spmosa. m qdm
 binis duobg longd m gll
 radice minoris digiti. p
 kuz iam. hns m sumi
 te mptellid spmosid sicut
 erhng maring il. ering
 z oblongd fiboz habet
 purpurid m qby rapitibg
 Arabum d' beatorad.

mone deducit humorum crassitudines &
 tenacitates. Habet quoq; uim inflandi, un
 de etiam salax esse perhibetur, præsertim
 cum potatur. Eius semen uenerem acuit
 cum uino dulci potum, sunt qui cū melle.
 Aluum autem mediocriter subducit, emit
 tendo leniter ac titillando, non etiam purg
 gando. Cancrī potestatis, & cancrū & can
 crenam spectantia, & prorsus quæcunq;
 opus fuerit arefacere citra ullam uellicatio
 nem apposite medicatur.

Acanthus, atq; melaphyllum, & pedes
 rota folia habet, quorum uis est mediocri
 ter distrahendi, radicis autem potentia est
 arefaciendi clemēter, tenuiumq; partiū est.

Acanthium radices & folia habet pars
 tium tenuium, estq; calidæ potentia, ideo
 uulsis medetur ac spasmis.

Acantha, seu spina alba, quam uocant
 quidam leucacantham, radicem habet po
 tentia mediocriter arefaciendi, acerbamq;
 uim, et obstringētem, ideo etiam cœliacos
 & stomachicos iuuat, sanguinisq; ductus
 sistit, & tumores impacta corripit, dentesq;
 dolentes pacat, si concoctiōe diluantur.
 Ipsius semen tenuium est partium, & cas
 lidæ potestatis, quare etiam uulsis pota
 conuenit.

firmus est pro fite sed rotundus.
 orat no nullis crhmo.

rupia dicit m gll
 z dubitula in flores
 ab alijs paffoi dicit
 b. s. g. g.

Acantha Ægyptia, quam nonnulli ar: *ἄκανθα* *Similis est rhabicam uocant, ex qua acacia compara*
ἄραβικῆ *in supiori*
 tur, astringendi & arefaciendi uim habet, *Ab Ami & Sira diri*
 & perinde fluorem adiuuat muliebrem, et *subha.*
 ani hulcera inflata cōsolidat, uuæ prodest,
 & radix & fructus magis.

Acorum, quam herbam ueneream, alij *ἄκορον* *Folia habet yri,*
 piper apum, alij *geliā*, alij *glodiolum* uo *similia lata oblonga & exal-*
 cant, radicem habet tertij calefacientiu or *bida & in summa tenui avi-*
 dinis, atq; arefacientium, tenuium partium *gida anuay? qsi glandulog*
 est, urinam mouet, lieni obdurato succur *florū amygdul radices dñ*
 rit, succus ipsius absterget, ac purgat crassa *similes obtortas & nō rās*
gemulatas nodosus, mōsū

Aconitum, aut pardalianches aggressi *ἄκονιτον* *suam. similia*
 iridi assimulatur, putridæ est atq; læsoriæ *zō habet pternō & spissū mō*
 potestatis, ideo cauendum, ne esca potuue *zō & mōyū pspōdōnīs*
 sumatur. Ad putrefaciendum autē aliqua *suans.*
 quæ e corpore erumpunt, aut in ano com *Arōmton. plata ab Amēdōn*
 modum est, atq; adhuc commodior radix *d' stralquātor. Masit 14*
 Dicitur aut huius herbæ succus atrichum. *Dioscorides mltō in staliō*
i mōhōg pūstōnīs uide Sim
ionē

Aconitum lycoctonum, eandem pro *modum, quam iam dictum, habet uim,*
 peculiare uero, ut lupos pimat, sicut quod *diximus pardos, unde & nomē inuenere.*

Acte, q̄ magna & arborosa, quæq; cha *ἄκτη* *flattas habet rar*
 mæacte nominata, arefaciendi ambæ uim *nosas rotundas granis odor*
 habent, mediocriterq; glutinādi, ac distra *ris. floris ei sup albi*
 hēdi. luuat uero hydropicos decoctio radi *χαμῶδης* *rapikū astaz*
 cis epota. Sunt qui hanc sabucū putent, ut *ἄκτη* *simi sizo pūndē*
 Dioscorides. *sub mōhōg mōyū. z pū*

B *ypmēu & i modū botri rōpōm*
ut i modū botri rōpōm mō
h' sūt hns
 Alterū genū est q̄ rhammarhe d. sed bre *uor est h' nosas attas h' q̄ bratas & nodosus*
 & folia in menhis nodis similia amygdale sed *uor nosa & oblonga.*

phmyli
 27 m
 Carnosa
 nōtō hōrū
 quātū pū
 hōzās n
 rap 1 hō
 pū hō hō
 pū hō hō
 pū hō hō

*Amredna vocat mcha
Frutex e mojt diastorides
nra hortos nasces sunt
radms sine spinis. folia
hns. sunt dmax labora
nasit in maritimis lo
ris e nra hortos q folia
clixa madmrat e.*

Alymum uel **almyris** arbustum, in **Cili**
cia stirps plurima, qua illi uescuntur, surcus
losq mandit, semē humanū & lac gignit,
gustu salsum aliquatenus est, et acerbū, nec
dubium, quin sit partium dissimilium, plu
rima eius essentia. Temperate calidum est
cū humiditate, inflandi uim aliquatenus
habens. Radicis succus cum melicrato po
tus, neruorum extensiones, fractiones, alui
dolores mitigat, lacq citat.

*Sunt duo gnd aloes. vnu
e fragile. et aliud q dicit
e patres. vnu optima
militat q est fragilis
spl' dnda **Dios. lib. 3**
subrifa **cap. 14.**
pignis in
nda sm lapide q rrimis
emittit humore. Amre
na tria gnd pomit sunt
e u uera. et suptrinu
extollit e merito.*

Aloe medicaminum est arefacientiū ter
tī ordinis, calefacientium primi largioris,
aut secundi principia obtinens, acerbescit
aliquantū gustu, & perinde astringit, & ue
hementer amarescit. Citat aut ac subducit
aluum, inter ea medicamina, quę dicuntur
stercus eiectantia, estq confirmans stomat
chum medicamen, si ullū aliud, hulceraq
glutinat, quę difficulter in cicatricem co
eunt, imprimisq, quę ad anum tendunt,
ac pudenda, citra morsum ullum arefaci
endo, oppugnatq, atq adeo expugnat ac
expungit inflammationes ipsorum aqua
dilutum, glutinatq uulnera eodē modo.
conuenit oris ac narium, & oculorum in
flammationibus, omninoq ad propellen
dum, simulq distrahendū uim habet idos
neam. Abstergat hulcera citra dolorē ullū,

curat humectos perpetuo oculos, præcipue puerorum, aquæ imposita palpebris adhibita. Frequentior eius usus hæmorrhoidas citat, quod malum amouetur, si in absinthij aqua lauetur, & cum aqua absinthij paucula deuoretur, per hyemem quisdem, at per æstatem, cum aqua frigida.

Alyssum herbam heracleam dici uolunt atque sideritim, quæ passim propter uias nascitur, florem habens purpureum, & paulo asperiora folia. Ita nimirum nuncupata quod plurimum iuuet à cane morsos rabioso. Est sane potestatis mediocriter aresfacientis, ac distrahentis, habetque quiddam abstergens, quo uirilignes & phelæ purgantur. Sunt autem nihil aliud phelæ, nisi quædã aspritudo & duricies mali coloris.

Althæa quæ & biscus dicitur, species agrestis maluæ uim habet distrahendi, summittendi, mitigandi, concoquendi tubercula, præter cætera radix, & semen & uirilignes absterget, semen calculos atterit.

Alsine, uel muris auricula, similè habet ipsi asinæ uim refrigerantem, & humectantem. Est siquidem essentiæ aquosæ, frigide, & perinde citra acerbitatē refrigerat, ipsa certe feruentibus accommodatur inflammationibus, mediocriter igni sacro, in parietibus aut tectis nasci solet.

ἄλυσσος plin. l. 24. ra. 11. circa mediu. fm. i. qd. distat a rubra hirtu. ramis & folijs minori. h. ba est similis lilio. vide simone. ubi dicitur des. uocat paritariu.

Phelæ

ἄλθαία Dioscoridis Althæa sine malachisagra illa malua ag. his latine malua uis. et est q. d. et b. p. z. Arabie cath.

ἄλσιν plin. l. 27. ra. 4. i. m. z. l. 22. ra. 7. dicitur qd. alsine qd. miosor. di. mnis ante appellat. p. d. simo. ianuis. hinc refertur. qat. uide cuo.

Gal. m. vi. de si. m. i. me.

Maronia. Galieno. Virtus eius prima calfacit & desiccant in 3^o q^o d^o. sicut resoluunt & sub-
 biat. Rasis Maronina calida & subtilis e^t oib^{us} frigidis passionibus q^{ae} in cerebro sunt p^{er}ficit

Plinij in 11^o p^{ri}mo. Dioscori **Amaracum**, ut quidam **Amaracus**, quae
est medicum. et simlatis & **symfichus**, calefacit non incommode,
amaracum appellatur. q^{uod} arefacit aut plurimum. Verum in caliditate
Aegypti & Syria sanst^u tertij ponitur ordinis, in arefactione secundi

Dicit Plinij **αμβροσία** Ambrosia apposita emplastrum, vim ha-
& Dioscorides habet a q^{uibus} bet astringendi & eiectandi.

dicunt vocari anthurisid **Amius** herba, quam ami uocant, cuius
vim odore h^{ab} semen in primis utile, calefaciendi, arefaci-
plinij in 20^o m^o 15. est endiq^{ue} potentiae, iuxta tertium ordinem,
rimmo sili q^{uod} en vocat estq^{ue} partium tenuium, gustu subamara acu-
ami Dios. s^{em} est tacq^{ue}, & urinam citandi ac distrahendi vim
est d^{ic}to. Aethiopiis habet. q^{uod} *Stephanus in synon^{is} amarac^{um} misib^{is} d^o*

rimmo sili sicut rimmo q^{uod} **Amarantum** est spica purpurea, uerius
& exalbidis & q^{uod} d^{ic}to quam flos aliquis. Potestatis est tenuantis
despysig gust^u h^{ab}is ori & secantis, menstrua agit cum uino pota-
cano simile comas, guttasq^{ue} sanguinis parere credita
Amarac^{um} Dios. est est, non in uentre modo, sed etiam in uesica,
planta s^{ed} q^{uod} misogono cum mulso pota, omnesq^{ue} prorsus pota are-
aut crisalid^{is} facit fluxus, uerum pernitiola stomacho.

aurum s^{em} aut anruy **Amorge** secundi est ordinis largi calefa-
flos. cientium, & arefacientium, ita nanq^{ue} & ari-
 dorum temperamento, corporum curat
 hulcera, quae uero in alijs omnibus exacuit

Plinij in 24^o m^o 15. **Αμπελό** Ampeloprasum, porraceis est folijs, na-
πτα m^o sciturq^{ue} in uinetis, uimq^{ue} habet inter porrū
Mulki Aranthu^m vocat. & allium, sed magis laedit stomachū, quā
 domesticum agreste, crassos humores ac
 glutinosos magis secat, detegitq^{ue} coniecta,

hinc urinas & menstrua sæpe mouet, cum
& frigido & crasso cohibentur humore.

Ampelos alba, quam bryoniam quoque
& psilothrum uocant. Latinorum alij uis
tem albam, alij cucurbitam agrestem dixe
re. Huius primi surculi ex omnium fere cō
suetudine uerno tempore mandūtur, qua
si stomachorum edulium ob astrictionem
Subamaram uero & acutam clēmēter ha
bent acerbicatem, & perinde etiam cit uris
nam. Radix eius abstergendi & arefaciend
di, & attenuandi uim habet, et mediocriter
calefaciendi. Ideo lienes obduratos pota
mollit, necnon etiam extrinsecus adposita
cū ficibus, scabies & lepras curat. Nigra
uero eodē propemodū pacto habet, quo
hæc, quā diximus, nisi quod imbecillior.

Amygdala, quæ quidem amara manis
festo tenuantis sunt potestatis, ut etiā eph
len purgent, necnon ex thorace & pulmo
ne respuentibus glutinosos atque crassos hu
mores satis cōfert. Cæterum aperit & pur
gat iecur tale amygdalum, necnō splenem
& colum intestinum, & renes. Laterumque
dolorē mitigat, totaque ipsa arbor uim has
bet consimilem. Proinde eius radices co
ctæ pro emplastro habitæ, ephelen purgāt
Dulcia uero amygdala, amaris sunt imbe
cilliora.

ἄμπελος *Dioscorides*
ἀμπελος *Hastus et folia*
habet similia uitis nostre
sed asperiora et minor
capiti suis sunt ipse
si sunt ipsi uim sunt
βοτρυον γὰρ et folia et
radix eius est ἄσφα et ma
ρα et alba et apud An
fisita uocat et Arabie
Kambayde

ἄμυγ *Amygdala q*
δαλα *qda dulcia sunt*
μαρα *qsi aptiora a*
marā medimny.

marala
of folw.

Optimum est ammoniacum quod est humidissimum et verum colore radidum et quod pinguis
et hinc. quod si frangat spissum et splendidum apparet odore subsimile castoreo
quod est amomum veritas

Ἀμμωνιάκον.

Ammoniacum succus, seu gumi est molli
endi habens potestatem largam, & perina
de circa articulos resoluit meatus, curatque
lienes obduratos, & strumas distrahit.

semitimum
p. q. ab ordo
desertur. Inp
lexist arm
mi. Medm
ponit.

Ἄμωμον
Dios. li. 1.
cap. 14.

Amomum potestate acoro assimilatur
nisi quod acoro aridius, concoquibilius
autem ferme est amomum.

Anagallis quadammodo falso
tyronum dicitur. spes sunt due
una que floridissima p
fert que et ferid est et in sera
relestis coloris. Alia que florid
dardhi coloris habet, profert
que et mascula
Apud sepiore ruber.

Ἀναγὰλλις

Anagallis utraque, caeruleum florem has
bens una, altera uero puniceum, abstergendi
uim satis habet, quiddam subcalidum has
bentes, & trahens. Itaque euellit stirpes, quae
corpori inhaerunt. Succus ipsarum e na
ribus purgat caput, ea de causa in uniuersum
uim arefaciendi habent.

Arabes barhalachada vocant

Dios. li. 2.
ca. 111.

Andrachne, quam nos portulacam dicimus,
in potestate refrigerandi tertij est ordi
nis, ac distantiae, humectandi autem secun
di. Paululum austeri habet, ideo fluxus amo
uet, imprimis biliosos & calidos transmu
tando ipsos, mutandoque qualitatem, & ali
quatenus refrigerando, quapropter aestus
antes iuuat, si quicquam aliud ori, atque als
uo apposita, cunctisque hypochondrijs, leui
gatque admodum ouo crudo iniecto cum
albumine ac uitello, medeturque Galeni sen
tentia febribus hecticis, mixto etiam oleo
rosaceo, & pauculo aceto, inunctoque toto
corpore, statim facilem infert medelam per
sanguines uetus inquit de demum auferit inquilanem et cholera rubra fluxum patuit uetus roset. semina quae in uniuersum.

Constat in frigiditate et frigida
quod humida in caliditate
naturam adiunt. frigiditas et
gelant, et in profert. A anni
supra sup. frigiditas ad quae
nis de parte profert. Dicitur
trunc et multum in fluxu
in sanguine. De summo eius
cataplasma dolorem capitis
et apoplexiae et raluor mih
gat. frigiditas namque in uniuersum
cura et opio roset.

Rasis et alia in portulaca
frigida et in se et aduersione
extinguens uetus inquit de demum auferit inquilanem et cholera rubra fluxum patuit uetus roset. semina quae in uniuersum.

febrem exæstuantibus, & æstus prorsus ex-
tinguit, ut insurgere amplius non sinat. Id
nos ex ipsa profitemur experientia, sicut et
cichorij decoctionis aqua pota ieiuno sto-
macho, ut inde dormiatur, illico leuatur fe-
bris. Fluentem sistit sanguinem, succusq;
eius uim habet consimilem, ut non solum
extrinsecus adpositus, uerum etiam potus
refrigeret. Hæc nimirum herba conuenit
uniuersæ manducationi, quod subacerbe-
scat, eduliumq; aptū torminibus, & fluxui
muliebri, & sanguinis eiectionibus, ad q̄
efficacior, quàm ipsa herba, est succus.

Anemone dicta, quod flos nunquam se
aperiret, nisi uento flante. Intra florem ca-
put habet papaueris, cum sint duæ species,
utræq; sunt acutæ, & abstergendæ sunt po-
testatis, inde radix discissa, pituitam prouo-
cant, & succus nares purgant, & in oculis
cicatrices attenuant, & putredines hulcerū
purgant ambæ anemonæ, lepras arcent,
appositæ menstrua prouocant, lacq; eliciūt
cum uino potæ, laterum dolores incipien-
tes abstergent.

Anethum calefacit tantum, ut secundi
sit ordinis absoluti, aut primi largi. Arefa-
cientium autem secundi ordinis incipien-
tis, uel primi finiti. Decoctum autē ex oleo

ἀνεμώνη Anemone
Pli. lib. 21. Summ. pap.
cap. 23. ^{per rubrū est.}
Flos snū ^{in sup. ferit}
se aperit, ^{pro magis sic a}
nisi uento ^{hor}
spirante. ^{si frigidissimo}
illud uero raldū.

ἀνηθον

distrahendi, & dolores amouendi, somnū
excitandi uim habet, crudaq; concoquit,
tumoresq; sedat. In tertio autē ordine est
inter caletacientia, & arefaciētia, & ob hoc
contractis concretisq; hulceribus imposi-
tum prodest, præsertim in pudibundis, &
quæ exhulcerata, cicatricosaq; in genitali-
bus & uesicæ loco. Humidius autē & mi-
nus calidum uiride, quod adhuc in succo,
& perinde purgat magis, quàm aridū, ma-
gisq; somnū excitat, distrahendiq; uim mi-
norem habet.

*Chamomilla:
Nasit in loris & u. de mis
asperis & iuxta uias colligit
T. 1018*

Anthemis, ut alij antimis, uel chamæme-
lum, calefacit & arefacit in primo ordine,
tenuiumq; partium est, & perinde uim dis-
trahendi, & rarefaciendi, & deprimendi
summittendiq; habet. Si igitur uiridis fu-
erit, expedit ex oleo coquere, in q̄ flos sub
sole detentus. Sin arida, pauco aspergatur
aceto, inde cocta cū oleo efficitur cōmoda,
ubi necdū materia perfecte pacata est, quæ
ad caput euoluebatur, distrahit nanq; que
in capite, aliamq; non attrahit, quod nullū
aliud facit medicamen. Necepsō autem
Ægyptius, iubet florem purum ipsius cha-
mæmeli pubescentem colligere, terereq;
in mortario, beneq; subigi in fidelia, confi-
ciq; pastillos mediocres, & in umbra arefi-
eri &

fieri & reponi, cum eorum usus aduenerit
 pastillum sumi unum, immittiq; in oleum
 primariū, quantū satis sit, quod expressum
 primo fuerit, inde inungi corpus à capite
 ad imos pedes totum febricantium, inde
 tegi egrum, & foueri, tum ait excitari sudo-
 rem salubrem, ac febre liberari, foreq; ob
 hoc idoneum peregrinantibus remediū,
 quia facile quiuis secum habere potest, &
 absq; impendio sibi cauere, idq; experien-
 tia plurimum. Alij quoq; eruum esse attestan-
 tur, maximeq; congruere meatibus aperi-
 endis. Iubet quoq; is pastillos in aqua ca-
 lida dilutos potare febre correptos drach-
 mæ quantitate.

Anisum, cuius semen præcipuam has ^{ἀνίσον}
 bet utilitatem, acutum & subamarum est, ^{Pli. li. 20}
 ut proxime accedat caliditate ad ea, quæ ^{cap. 17.}
 urunt. Est nanq; ad calefaciendum ac exic-
 candum tertij ordinis, & perinde urinam
 cit, uimq; habet distrahendi, uentososq; hu-
 mores in aluo sistit.

Apius, id est, pirus domestica, huius for ^{ἀπιος} *Apinis sine ramu-*
 lia & ramuli austeri. Fructus autem nonni ^{balanos. sine rufang agstis}
 hil aquosæ dulcedinis, ex quibus manifes ^{hastas habet quibus velitis}
 tum temperamentum, quod sane inequa ^{viscosas & teneras & ruffas}
 le suis partibus, ob hoc mansa quidem cō ^{folia sup ei rure similia longa}
 ferunt stomacho, & sitim sedant. Imposita ^{viridia & pua, fructu simile}
^{med paritid rā radix est af}
^{Fodillo similis / obrotinda stis}
 C ^{pile / larynx plena foris nigra}
^{ity alba.}

uero arefaciunt, & mediocriter refrigerant,
ait Aetius se eis uulnera glutinasse.

2 p^hma
li 27 ra 5
αρωαρινη
Dios. li. 3.
cap. 196.

Aparine, ut alij philanthropon, ut alij
omphacorpon, nascitur in hortis passim
asperitate uestium tenaci, ramosa hirsuta,
uulgus lapā uocat, mediocriter absterget,
& arefacit. Habet autem aliquid partium
tenuium.

In summe
conuulsi
si p^hma
αχρας
arlas fork
exponit
pirastu

Achras pirū agreste, acerbescit & astringit
& arefacit, ob hoc uulnera glutinat ma
iora, & appositum fluxus arcet.

2 p^hma
li 25 ra
8 ultra me
ubi 4 p^hma
font
αρισολο
χια
Dios. li. 3.
cap. 5.

Aristolochie, seu aristolochia, huius ra
dix p̄sentanea suggerit remedia, estq; ama
rulenta, & subacuta. Longe autem magis
tenuium partiū est, quæ rotunda in omni
busq; efficacior, & perinde in quibus crassa
sum, succum multum conuenit attenuare,
rotunda opus est, ob hoc opilationem &
crassitudinem, uel spiritus incocti dolorē
curat, putredinibusq; medetur, & tabida
purgat hulcera, dentesq; & cicatrices in
oculis illustrat. Opitulatur asthmaticis, gra
uemq; trahentibus anhelitum, & uacillan
tibus morbo comitiali, & podagricis, pos
ta cum aqua, & fracturis & luxatis mem
bris, si quod aliud medicamen, idoneū est.
At alijs duabus clematidis quidem bene
olentior, ut myrrhopolæ in ungentis ea

utantur ad medelas. Imbecillior longa, ma-
nus siquidem partium tenuium est, at uim
abstergēdi calefaciēdiq; habet, ideo carnē
hulceribus superinducit, utiliorq; existit.

Aracus bina, aracorum semen est prop-
pemodū ut lathyrorum ^{particulari} potestate & usu,
uerum asperius, ideo difficilius cōcoquun-
tur araces, quā lathyri.

Arnoglossum, alij agni linguam, uerū ^{ἀρνόγλωσσος}
bum uerbo reddentes, alij plantaginē uos ^{σορ.}
cant, refrigerat & arefacit in secundo ordi ^{Dios. li. 2^a}
ne. Habet autem austeri aliquid, ideo ad ^{cap. 113^a}
uersum hulcera ^{oruli} cacohete, & fluxus & pus-
tredines cōgruit, prodestq; in torminibus ^{Averroes h^o. fr^o 2^a & fr^o 3^a}
sistitq; sanguinis eruptiones, et si quid sit in ^{m^o fr^o 4^a plus fr^o 5^a & fr^o 6^a}
flammatū refrigerat, sinusq; glutinat, est ^{foliū eius & fr^o 7^a radix. & h^o}
aliorum hulcerum notorum, simulq; uete- ^{dius q; litates. q; cōposita & ex tra-}
rum medicamen. Arefacit autem citra ue- ^{ba q; iocūsi & significat hor-}
licationem, particeps est acerbitatis, nec dū ^{spicuitas quā h^o & sup^o m^o}
stuporem adducentis, & tam fructus, quā ^{fr^o 8^a ipsius op^o h^o fr^o 9^a q; cō-}
ipsius radix potestatis est propemodū eiuf- ^{fr^o 10^a & repr^o h^o & u^o cōtra m^o}
dem, nisi quod aridioris & minus frigida, ^{la ap^o & m^o p^o trid^o &}
At fructus tenuissimarum partium est, rad- ^{mirat p^o trid^o & t^o h^o p^o trid^o}
dices autem partium crassiorum, folia por- ^{fr^o cōtra uuln^o & test^o m^o}
ro ipsius herbæ arefacientia tenuiorū par- ^{& fr^o 11^a sal^o h^o & u^o l^o trid^o}
tium, & potestatis minus frigida. Hęc oia ^{h^o q; p^o trid^o ex d^o s^o l^o trid^o}
cum radicibus doloribus dentium meden- ^{et radix eius cōtra dolore d^o}
tur, attrita & cocta & diluta iecinori & res ^{fr^o 12^a & ap^o r^o l^o trid^o & p^o trid^o}

Rasis 3^o al ra 39. pladrago frigid^o & cōgrua ^{C. ij}
istud apostumantib; ruidis & adustis ignis qm mou
Epti sup por^o dolori qm am^o auxiliat si ex ruiditate
fuerit qm sem^o d^o ruidib; cōfert istud

ἡσυχία
ἰατρικὴ
καὶ φαρμακία
μικροῦ
Dios. li. 2.
ca. 154.

Dracōtiū

ἀρτεμισία
Dios. lib. 3
ca. 119.

μυρική
παραδωχία
ἰσχυρῶς
ἀσάρον
Pli. lib. 21.
cap. 6.

Alm^s 157 asarus.

ἀσπάλθα
θος.
Dios. li. 1.
ca. 19.

nibus opilatis, sed tamen magis fructus.

Aron, quam serpentariam quidam uocant, cuius radix primi ordinis est calefacientium, estque potestatis abstergendi, uerū non ualide, ut dracontium. Mansæ autem radices humorum crassitudinem mediocriter secant, unde fit, ut ex thorace expuentibus accommodetur, Dracontium uero ad hæc accommodatius.

Artemisiæ binæ probantur, nam sunt, qui tris uelint species. Calefaciunt ambæ in secundo ordine, arefaciuntque, aut in primo largo, aut secundo incipiente, suntque mediocriter tenuium partium. Quare calculis, qui sunt in renibus, mediocriter operantur, inflammationibusque fœmorum.

Afaron quidam crocum hortensem uocant. Plinius baccar uocat. Huius radices utiles fere, ut acori, sed magis explicantur, & perinde quod de illo iam dictum, id de hoc intelligatur.

Aspalathus ex dissimilium partium potentius constat, acutis, & acerbescens, et acutis quidem suis partibus calefacit, austerris autem acerbescit, et perinde arefacit ambabus, ob putredinibus & fluxibus conuenit. Aduersum autē tabidas in ore cicatrices in uino cocta calida exhibet diluta.

Asparagus, seu ut Athenienses asphara ἀσπάργανος
gus est, cuius radix petrosa, uel myacin-
thus, ut alij myacanthinus, abstergendi po- Dios. li. 2^a
tentiae est, non utiq; palam calefacit, neq; re ca. 111.
frigerat. Hæc renum, & iecinoris opilatio-
nes dimouet, præsertim ipsius radices, & se-
men, doloribus quoq; dentium succurrit,
quod arefaciat absq; calefaciendo.

Astaphis nempe uua passa domestica, ἀσταφίς
concoquendi & astringendi et distrahendi Pli. lib. 25.
mediocriter uim habet. Eandē habent ra- ca. 1.
tionē astaphides ad staphylas, hoc est uuas
quā habent ficus aridæ ad recentes, & dul-
ciores ad calidas, quæ austeriores, frigidio-
res & adhuc magis acres. Stomachū igit
confirmant austeræ, aluum substringunt,
& primi ordinis ubi acres, ubi dulces me-
dio quodā habent modo, resoluentes ma-
nifesto stomachū. neq; aluum citantes. Nā
dulcedinem semper opilatio comitatur, et
mediocris abstersio. Inde exiguas in ore al-
ui obducunt morfiunculas, quæ nanq; ma-
iores uellicatioues, eæ plus opitulantur, mi-
nus id in astaphidibus, quæ pinguißimæ,
corticemq; habent tenuem, minus porro
ficts aridis astaphides subducunt & abster-
gent. Conferunt uero magis stomacho, q̄
sic aridi, astaphis nāq; uua passa dici solet.

C iij

Astaphis agría nempe uua passa agrestis, acutæ ualde potestatis est, quippe quæ pituitam amoueat, & uehementer abstergeat. Proin aduersus scabiem confert, potestatisq; urendi particeps est.

Hodie barbari
afrodyllw & φόδε
λοε.

Dios. li. 2.
cap. 155.

Asphodelus, cuius radix utilis uelut ari, & asari, & draconthi, abstergendi & distrahendi habet potentiam. Vnde ex uino cocta albo, ueteri, potaq; cū uino calido non aqua diluto, menstrua retenta celerrime citat, crematq; uero ipsius cremor, ac cinis calidior, & aridior euadit, ideo medetur alopetiis.

αφρακτυλ
λιε.

Pli. lib. 21.
cap. 16.

αφραξυε
Dios. li. 2.
cap. 18.

Atractyllis, uel ut quidam, urtica agrestis, alij androsasmon uocant, arefaciendi mediocriter, & calefaciendi habet potestatem

Atraphoxis à nostris atriplex nominata, secundi est ordinis humectantiū, primæ uero refrigerantium. Non est acerbitalis particeps, sed aquosa, ut malua, & aluum cit. Sunt etiam hortenses agrestibus humectantiores, & magis refrigerantes, & perinde utiles inflammationibus & phygethis, cum incipientibus, tum auctis hortenses. In pubescentibus autem, & deflorescentibus agrestes, alijs utiliores, at fructus abstergendi uim habet, unde etiam arquatis opilatis onem amouet hepatis.

res
ae
r
s

Absinthium calidum est in ordine primo, aridum autem in tertio. Succus ipsius est herba multo calidior, particeps uero acerbitalis, non obscure, in primisq; ponticum, ideo absterget, & confirmat, & arefacit, ideo etiã in aluo humores biliosos per inferiorẽ partem agit, & per urinas exhaurit, magis certe in uena, quicquid est biliosum, purgat per urinas, et ob hoc pituitam in aluo compræhensam non iuuat, ita etiã si in thorace ac pulmone fuerit. Nam uis in ipso acerbata ualidior est, quã amarulenta, quod acuminis cuiusdam sit particeps plus, quã mediocriter, crapulam arcet præpotum, contra inflationes congruit, et alui & stomachi doloribus potum cum seselis uel nardo celtica, curat arquatos, & appetitum acuit, eius aspergo uel decoctio sumpta quotidie ad tris cyathos. Aduersum suffocationes ex fungis succurrit cum aceto potum.

Aacetum secandi essentiaẽ est & frigidæ, cū quadam caliditate, ut frigiditas dominetur, partium tenuium est, ad arefaciendũ commodum medicamen, ut tertij sit ordinis iam perfecti, quando ualidum est.

Apium calidum, urinam & menstrua citat, estq; citra inflationẽ magis, q̃ herbæ semen.

C illij

ἄξιον
Dios. li. 6.
cap. 13.

Σταση βαλανη μυρσιση 2 ἡμι
 βση α 9^ο χρ. πηκ. κλειω γ 3^ο m.
 πησιλλημ. 21

De eis que à B litera incipiunt.

Βάλανος
 μυρσική

B Alanus myreplica, odorataque, quam myrobalanum nominant, abstergen- di & secandi uim habet cum quadam acerbitate astrictioneque, ob hoc absterget, & secat, & cogit, ueluti ionthos, quos ueru- cas quidem uocant, & lenticulas, & ephes- dem, & prurimum, & scabiem, & lepras, & achoras, & hulcera macerata, atque crassescē- tia conuenit. In primisque cum aceto cicatri- ces illustrat, splenes remittit, præsertim si cū ipso misceantur arefacientes farinae erui, & ordeï. Cortex autem ipsius ualde efficax, quare eo utendum in quibus ualidior est acerbitatis usus. Quod si quis carnis ipsius drachmam unam potarit cum melicrato, quod mulsum dicimus, facile uomuerit, sæpe etiam aluum infernam large deicit. Quamobrem cum purgare iecur, aut lies- nem uolunt aliqui, medicamine hoc utun- tur cum oxycrato, quod lædat stomachū, gaudet enim aceto, & extrinsecus posita, et ore sumpta.

Ionthos sup. πησιλλη ruber
 seu iterdū albe, q. m. fante
 Et naso uicem et max
 bibnloy nasp.

Hor. ubi
 πησιλλη
 καλυπ. et
 κλειω κλειω
 φραγιτ

Βάλσαμον
 Dios. li. 1.
 ca. 18.

Balsamum calefacit & arefacit in secun- do ordine, est autem etiam partium tenui- um, succus uero eius potestatis est tenuio- rum partium, nec eo usque calidius, quantū

nonnulli opinantur & partiū tenuitate falsi
Fructus ipsius propemodum eius potestatis
est genere, deficit autem, quatenus tenui-
um partium est.

Balaustium est agrestis mali punici flos
sicut domestici cytinus, multū gustu acer-
bescit, & arefacientis & acerbescētis est po-
testatis, et perinde hulceribus omnibus im-
positum, aridū leuissimū celerrime cernes
in cicatricem sine morfu ullo properare.
Inde ex ijs, qui mittunt sanguinem, & qui
medentur torminibus, & uentris fluxibus,
ac uulue, non est quispiam, priscorum
medicorū, qui hoc nō utatur medicamine

Bati folia, præcipue mollia, & ramuli,
nempe ipsius rubi, mediocriter sunt acer-
bescencia contusa. Hęc igitur aphthas, præ-
cipueq; oris curant hulcera, et uulnera glu-
tinant. Fructus si sit maturus, habet quid-
dam mediocris caliditatis, Præmaturus au-
tem, ac lectus intempestiuus, essentiæ sub-
frigidæ est, terrestreq; quiddam habet, ob
hoc multum arefacit. Apponitur arefactū
fitq; humido magis arefaciens. Et flos eius-
dem est, quæ & ari potestatis. Torminibus
igitur & uentris fluxibus, & infirmitatibus,
& sanguinis eiectionibus idoneus. Radix
autem acerbescendi uim habet, tenuiumq;

βαλαύσιον

Dios. li. 2

ca. 38.

Siluestris

punicæ

flos bala-

laustiū

est

βάτος

Dios. li. 4.

ca. 34.

ἄφθαί sunt

oris ulce-

ra.

C v

Simō
Lahni proba
lantha radice
gramani ampi
sup. εζοτιο
vidi balaustias
ab ægyptiaca
tas. dissimi-

les mris

partium est, & perinde calculos atterit in renibus.

κράμβη
Pli. li. 20.
cap. 9.

ἔστιν ἕκτι
Des sunt ul
cuscula
rubescētia

Brassica manducabilis mixtæ potentia est, cum mansa, tum extrinsecus apposita, non satis euidenter acuta, sed ad uulnera glutinanda, medendūq; hulceribus in malam consuetudinē labentibus. Inflammationibusq; iam obduratis, difficulterq; solubilibus, sacroq; igni & similibus. Curat quoq; epinyctidas, & herpetas, uimq; habet abstergendi, ipsum corpus cōtinet ne dissipetur. Hac de causa ubi arefacere humectum uentrem uelimus, mediocriter ipsam coquendo, & priorem aquā profundendo, immittimus statim in aliam calidā quæ statim ferueat, quando non expedit, ut aerem aquamue frigidā cocta attingat, nec enim admodum utilis, nec si admodū coxeris. Immittendo igitur in aliā feruentem aquam coquamus, ut sit oportuna ad subducendum, si nō plurimum coquatur. Arefacit igit brassica, uelut lens, & ob hoc uisum hebetat, & melancholicum gignit humorem. Asparagus autem minus, quā brassica arefacit, & magis urinam cit, at semen potum, lumbricos perimit, et ephes & lenticulas, idq; genus alia, quæ mediocri egent acerbitate iuuat. Caules brassicæ

exusti, uehementer arefaciunt suo cinere,
adeo, ut iam potestatem habeant amburen-
di, ob hoc ipsi admiscent adipem uetustum,
& antiquis laterum medentur doloribus.
Et si quid fuerit eiusmodi utuntur ea, præs-
sentaneum namque ad distrahendum reme-
dium est.

Batrachium, quod raninum quidam uo-
cant, quaternis specie distinguitur differen-
tijs. Cunctæ admodum acutæ sunt poten-
tiæ, ut laboriose trahant, quibus si quis uta-
tur moderate, & scabies & lepras mundas
reddit furfuribus, crustis inquã illis furfura-
ceis, et ungues dimouet scabros, et punctu-
ras abducit, & uerucas, & tuberculos, quos
myrmicias uocant, aufert, iuuatque in alope-
cijs, tempore pusillo imposita, nam uetus-
torum non solum amouet crustas, sed eti-
am cutem sauciat, atque hæc quidem folia
uirida cum caule imposita faciunt. Radix
uero plurimum arefacit, sicut alia omnia,
quæ plurimum arefaciunt, dentiũ succurrit
doloribus, ipsos confirmando.

Bdelium quod scythicum nominatur,
quodque magis atrum, & rhesinosum, mol-
liendi potestatis est satis efficacis, alterum
arrhabicum, quod lucidius, adhuc magis
arefacit, quæm molliat illud. Sunt autem,

βατράχιον.
Pli. lib. 27.
cap. 12.

Βατραχίων
Raninum

άλωπεκία
capilli des-
fluuium

βδέλλιον
Pli. lib. 12.
cap. 9.

qui arrhabico utantur in inflammationibus
bruchorumque uermium exustionibus, atque
hydrarum ositi spuma madefaciendo, ut
imponatur emplastrum. Arrhabicum per
hibetur calculos in renibus terere potum,
urinasque aduertere, in coctorumque flatuum
medicatur discursus.

βλίτου

Blitum holus est manducabile, temperamento humidum & frigidum in secundo constitutum ordine, citat aluum, medicaminis uim nullam habet.

βολβός
εσώδιμος

Bulbus quidem mansus, frigidiores, & crassiores, & tenaciores humores gignit, difficulter namque concoquitur, & inflat, & uenerem exacuit. Impositus, glutinandi et arefaciendi uim habet.

βολβός
εμετικός
Dios. li. 2.
ca. 157.

Bulbus euomitius, temperamenti est multo calidioris, quam qui dicitur, qui per se mansus, & decoctio eius pota, uomitum mouet.

βούγλωσσον

Buglossum humidum, et calidum est temperamento, uino impositum, causa temperantiae est. Congruit autem ob gutturis asperitatem tussientibus coctum in mulso. Aiuunt tertianis congruere febris quidam quae trinum habet caulem herba, si cum radicibus & semine coteratur, inde potetur. Quartanis porro eam, quae quaternis cau

Pli. l. 25. c8

libus surgit, harum decoctio ex uino abscessibus utilis esse perhibetur.

Buphthalmon nominatum à floribus, qui apparent facie quidem esse oculis bouū conlimiles, nam quandoquidem colore, floreque anthemidi conlimile est, maior & acutior ui, hinc flos ad distrahendum ac commodatior, medeturque duricie ammixtum ceroto, & tumoribus.

Bunium, aliq̄ arctium, inter calefacientia est eousque, ut urinam citet, & menstrua ducat, & secundas ex aluo agat, lieni & renibus & uesicæ idoneum, cuius usus humidi, aridique & diluti, ac eliquati cum radicibus & caulibus & folijs cum mulso. Ac pseudobunium propemodum ipsum calidum est.

Brathy calefacit & arefacit in tertio ordine, estque partiū tenuium, & ob hoc uim habet distrahendi, adducitque menstrua, si quicquid aliud, & per urinas cit sanguinem, & uiuentia embrya absumit, mortuaque eiectat. Putredinibus denique conuenit, precipue, quæ sunt ex mala consuetudine, ac diuturnæ, uetustæ namque citra affectum uisum ferunt medicaminis robur. Ergo etiã mollitum cum melle purgat, & carbunculos exoluit. Quidam pro cinamomo bis

et Diastro. Quando fit eptm et folijs aufert umores mltos. et sordines eis q̄ aridus pp̄ supfluitate rarioris et aufert q̄ chara uis. Et q̄ b̄bit² fant ex uti sanguine et urina & expellit.

Βούφθαλμον.

Βούνιον
Dios. li. 4.
ca. 115.

Βράθυ
Her. or. Galen.

tantum admittunt, quod attenuandi, & distrahendi uim habeat Hæc latine herba sabina dicitur, ut Plinius ait.

Formis est Βρετανική
qd nos bardana
na dicitur. qd
Aurel Bardamich dicit
Pli. lib. 25.
cap. 3.

Britanicæ herbæ sunt folia acerbescensia, & uulnera eius remollescunt, similia sunt lapathis agrestibus, nisi quod magis atra, ac densiora, estq; ex eis succus similiter exacerbens, & astringens. Et perinde quidam apponunt coctum, utpote maioris efficacie medicamē corpori putrido, congruit autem oris & gutturis hulceribus, & prorsus ubi astringere conueniat.

Βρώμος
Dios. li. 4.
cap. 131.

Bromus latine auena, calamus est similis frumenti calamis ac folijs, cuius semen ad cataplasmata ita idoneū, sicut ors deum, potusq; ex ipso sistit aluum, succus in sorbitione tussibus conuenit. Mediocriter autem frigidus temperamento acerbescens quiddam habet, & perinde fluxus alui sistit.

Bryon εμα Βρύον
qz arbo feru
Pli. lib. 32.
cap. 6.

Bryon maritimū, quod algam quidam uolunt esse, exacerbenscit & refrigerat. Inde impositum locis calidis, euidenter refrigerat & iuuat.

Arabie uocat vsneq;

Bryum, quidam splanchnum, alij hyppnum uocāt, exacerbenscit & refrigerat mediocriter, ut proxime ad temperata accedat, quod sit distrahendi potestatis, ac moq;

liendi, præcipue cum cedrinis inuentum
lignis, nam & in leucinis & querceis inue-
nitur, olentius cedrinum, albumq; præstat,
nigricans uero deterius.

Bunias, cuius radix inflandi uim habet,
minus nutrit. Eius semen potum, lethalia
inefficacia reddit, miscetur igitur antidos-
tis, falsescit uero eius radix.

*Bouvia est rapa agris for-
tasse est napi.*

De incipientibus à C litera.

Cicer legumen inflans nutriens, bonū
aluo, uim mingendi excitās, lac agit,
et semen, et menstruum, cuius coctio
calculos in renibus atterit. Alterum genus
ciceris, quod cicerula a nostris, horobia
a græcis, potentia conuellendi, diftrahen-
di, secandi, abstergendi, ideo & lienem, &
iecur, & renes purgant, & scabies & impeti-
gines abstergent, et parotidas et testiculos
obduratos dissoluunt, necnon hulcerosa
iam uetusta consuetudine cum melle cur-
rant, sed cicer hulceratam uesicam, et renes
offendit, auertit malum multum ipsius, in
coctum ipsi ros marinum et mansum, ut
etiam allium.

ἑρέβινθος
Dios. li. 2.
cap. 19.

Impetigo
est summe
cutis ma-
lum, et qd
inter aspe-
ritatem &
scabrie
uersatur.

Calaminthe tenuium est partium effens
tia, et calida et arida tēperamento in tertio

καλαμίνθη
D

fere ordine utraq; in qualitate . Hæc pota
arida, ob multum calefaciens satis sudorē
elicit, et distrahit, et arefacit uniuersum cor
pus. Ob hoc, ipsa quidā usi sunt ad sedan
dos febrīū rhigores extrinsecus apponen
do, ex oleo coquentes, & inungentes totū
corpus, ualide fricando, ut interna petat,
nec non ilibus accōmodant, & apponunt
ischiadici, utpote præsenteum remediū
atrahit nanq; funditus, ac cōuellit ad imā
cutem, & uniuersum eum concalefacit ar
ticulū. Subuenit fracturis, & spasmis, lum
bricos perimit cocta cū uino, & cataplas
mate imposita cicatrices atras reddit albis
cantes, uritq; manifesto cutem, & mēstrua
pota, atq; apposita prouocat efficaciter.
Præsenteum quoq; medicamē elephan
tiasī correptis, non modo quod distrahat
tenuēs humores, sed etiam quod attenuet
& secet ualide crassos humores, qui hanc
ægritudinem gignunt. Ita etiam cicatrices
illustrat nigras, & distrahit interim quoq;
hypopia. ^{orilof v. 12. A} Melius aut facere illi existiman
tur, qui in uino coquentes ipsam apponūt
uiridem, potius quàm aridam. Nam are
facta ualidior est, ad urendūq; expeditior.
Super imponitur autem in morsibus uis
rulentis atq; pestiferis, ob amaritudinem
perimeno

perimens lumbricos, & serpentes, assumptus, & potus succus necnon in auribus et
 h ulceribus uermes absorbit. Iuuat autem
 anhelosos & arquatos, abstergendo, ac pur-
 gando iecoris opilationes. Ad hæc autem
 cuncta iam dicta, efficacior montana est.
 Orpheus autem ait, succum ipsius cum equali
 rosaceo cum ^{cum} psimmytho solutum, soluere
 crassitudinē, & inunctam, curare igni exus-
 ta. Illud admirabile uideri, quod ne quis-
 dem mali uestigium appareat, pilosque edu-
 cit locus. Cum cimolia autem & aloë qua-
 libus succum exprimendo, & inducendo
 fronti atque temporibus, pacaueris statim
 capitis dolores.

Calamus odoratus acerbitalis exiguae
 minorisque acuminis, plurimum autem ei
 terrestris essentiae est & aeris, caliditate, fri-
 giditateque temperatus, quamobrem urinam
 mediocriter cit, mixtamque habet uim cum
 eis, quae iecori, quaeque stomacho conueni-
 unt. Miscetur utilis suffumigationibus, que
 cunctis irritandi causa menstruis adhiben-
 tur. Ponatur itaque in secundo ordine cales-
 facientium, sed arefacientium magis, quam
 calefacientium.

Calamus phragmites, huius calami phra-
 gmitæ radix potestatem habet abstergendi.

D

καλαμός Strabo ο
 αρωματι γλαυβι li
 ος. palestina. haberi
 Pli. lib. 12. cap. 12. q' ara
 ca. 122. lamid p'rt. 6. q.
 nere opa balsam.

non exiguam, ne utiquam acueniendi, uirida
etenim folia mediocriter refrigerant, quæ
participant potestatem abstergendi. Cors
tex autem ipsius urit, qui satis tenuium est
partium, & uim habet distribuendi, quida
dam habet abstergens quippe quod cales
facit, & arefacit in tertio ordine, plusq; are
faciens quàm calefaciens.

Canabis fructus difficulter concoquit,
capitis dolorem excitat, maliq; succi est. Si
frigatur, cremeturue, ad motumq; tum cas
piti, satis calefacit, fumū uapidū ad ipsum
mittendo calidum & medicum, quod are
faciendi habeat temperamentum non ins
flandi terram exiccat.

καπνός
Diosc. li. 4.
capit. 21.

Capnium uel capnus, quæ hodie fumus
terræ, olim fumaria à nostris dicta, acutè si
mulq; amaræ est qualitatis, nec prorsus ab
acrore abest, unde etiã cit urinam, et multa
biliola aduertit, medeturq; iecoris opilatio
nibus ac debilitatibus. Eius autem succus
uisum acuit, excutiens lachrymam, ut fus
mus, unde & nomen habet. Aridum & le
ue impositum melicrato, et potum lambit
aluum. Similiter uino subactum mixto,
stomachū roborat, datoq; inquit Aetius,
audacter etiam cōcoctionem ipsius quam
tumcunq; febricitantibus.

Capparis, cortex radicis, amarum pluri καππαρίσ
 mam habet qualitatem, secundā uero acris Dios. li. 2.
 tam, dein acrem, & perinde manifestū diffe cap. 161.
 rentibus & pugnantibus inter se constare
 potentijs, abstergere quidem potest, et pur
 gare et secare amaritudinē, calefacere autē &
 distrahere, & tenuare acumine, cogere autē
 et coagulare, cōpescereq; acrore, et ob hoc
 splenes obduratos, si quod aliud remediū
 & medicamen iuuat. Extrinsecus idoneis
 mixtum emplastris, & intra corpus assum
 ptum, aut concoctū in aceto, & oxymelle,
 & huiusmodi leui abrasura, cum his am
 mixta, exinanit enim manifesto tenaces &
 crassos humores, ita id sumptum, non per
 urinam, sed per aluum, plerunq; cruenta
 eieciuntur, quibus splenes subleuantur ilia
 umq; dolores. Menstrua quoq; mouet, &
 pituitam agit. Pigmentatus autem hulce
 ribus cacothibus radicis cortex leuis re
 medium præsentiā est, quippe qui ipsa
 potest abstergere & multū arefacere. Den
 tes quoq; à dolore leuat, cum uino coctus
 aut aceto. Strumas quoq; et clauos duros
 distrahit, idoneis ad hæc medicaminibus
 mixtus, necnon folia & caulis eiusdem fer
 me cum fructu & cortice potentia est, nisi
 quod non ita præsentiā, ait autē Aetius,

Est autem
 clauus cir
 cinatus in
 orbē calli
 colore cās
 dido, clau
 uorum ca
 piti similis

D ij

folijs intra pauculos dies se asperrimas stru-
mas distraxisse. Et quoniā uehementis est
potentię, non mirandum si in auribus uer-
mes humor interficit ob amaritudinem,
at in salore compositus fructus perfecte cō-
cisus idoneus efficitur. Sale quoq; maces-
ratus & cōditus, appetitum exacuit ad ab-
stergendam & subducendam per alluum
pituitam idoneus, necnon ad abstergendū
purgandumq; splenem, & hepatis opilatis-
ones, uti nanq; ipsis oportet melle, uel oxe-
læo præ cunctis cibis, ut reliquis acetolæis
uti solemus.

καρδάμον
Dios. li. 2.
ca. 141.
Latine
nasturtiū.

Cardamum, cardami semen particeps
est urendi potentię, sicut sinapis, et ob hoc
ilium, capitisq; dolorem, et quicquid aliud
eget calore, ipm calefacit sicut sinapi. Misce-
tur quoq; cōmode adiumentis succurrens
tibus anhelosis quippe quod crassos seces
humores. Herba quoq; ipsa eiusdem pro-
pemodum est potestatis, tametsi minoris,
quamobrem manducata, multum calefa-
cit, doloremq; cit capitis.

καρδάμων
μον.

Cardamomū, est quidē hoc satis calidæ
potentię, utpote trahens, impositū minus
quidē cardamo, habetq; in se quidpiā ama-
ritudinis, qua lumbricos perimit, & scabi-
es, ac impetigies cū aceto multū absterget.

Caroum, caroi semen arefacit & calefacit iuxta tertium ordinem, acutam uero mediocrem habet qualitatem, quare etiam in flationes dimouet, & mingendi habet uim, non semen modo, sed etiam stirps tota.

*Caroum semper ypurum
apud plinm h 26 ra 11
7 12*

Casia calefacit & arefacit in tertio ordine, estque satis tenuium partium gustu, habetque plurimum acuminis, breue quiddam acerbum, ob hoc dispescit simulque distrahit, quae in corpore sunt superflua. Itemque membris robur inuehit, idonea etiam ad menstrua cohibenda cum ob multitudinem simulque crassitudinem superfluitatum moueri satis impeditur.

*κασία
Pli. lib. 12.
cap. 19.
Frutex &
casia est,
iuxtaque ci
nami cas
pos nascitur.*

Castanea, de hac ubi de quercu dicitur, quoniam in numerum utique uenit quorundam sententia glandium, ita etiam Plinius perhihet.

*Pli. lib. 15.
cap. 23.*

Cinis omnis, siue lignorum, siue alterius materiae componitur ex contrarijs, habet namque in se quiddam terrestre, & quiddam conflagrans, uel fuliginosum. Ita nimirum partes tenuibus constant portiunculis & asperso cinere aqua & succenso pariter, quod cineris aufertur terrestre, imbecillum & quiddam uellicans est, aquae uim calidam addit, quae lixiuium. Nec omnis cinis eandem oino habet uim, sed iuxta exustam materiam

*Nuces
uocamus
& castane
as, quaeque
accommodat
diores
glandium
generi.*

ex acerbescētibus astringentibusq; lignis,
Cinis sicut quernis, & id genus alijs non
parum acerbescētis est terrestris potestatis,
inde sanguinem sistit erumpentem. Sed ci-
nis ficulneus multum acutū & amburens
habet in parte ardente, & in terrestri abster-
gens, ita tithymalorum cinis.

Pli. lib. 36.
cap. 24.

Calx de genere cineris quoq; est, sed te-
nuium magis partium, quàm lignorum.
Subacta igitur bene aqua ter aut quater
infusa, medicamen est citra lincinationem
arefaciens, distrahendi uim habet lota ma-
rina aqua.

κέδρεος
Dios. li. i.
ca. 96.

Cedrus est specie duplex, temperamen-
ti autem sunt ambæ tertij ordinis in calefa-
ciendo & frigefaciendo, arefaciendo utiq;
cedrea, quæ ex ipsis fit, in quartoq; iam tan-
gitur ordine. Est autem primi ordinis eo-
rum, quæ apte uocantur tabida, calidaq;
est, ac tenuium partium, simplices quidem
carnes, expedite, simulq; sine dolore putre-
facit ex corporis suo calore, ipsa suū intens-
dens calorem. In scabris autem corporis
bus longiore etiā tempore uix operatur,
quāobrem mortuis adhibita corporibus,
ipsa seruat à putrefactione immunia, hu-
miditates nanq; ipsorum depascitur super-
fluas, at solida corpora non tangit, quod

tantam vim humidam non habeant, quæ
quæ dicuntur tabida. Quare minus mirū
cum hanc habeat vim, si pediculos, & puli-
ces, & uermiculos, & ascharidas confestim
pariter in corpore uermes omnes perimit,
embrya quidem eis apposita uiuentia occi-
dit, mortua eijcit. Alligata pudibundis in
coitu, medicamē est conceptū prohibens,
qui utantur eo, nulliq; secundum est. Den-
tium foraminibus inhærens, dolores miti-
gat, frangitq; ipsos, attenuat etiam in oculis
cicatrices, medeturq; obtusæ aciei oculorum
ob crassitudinem humiditatis.

Cedrelæum, cedrinum inquam oleum
pinguissimum ex ipsa & admodum oleosum,
quod attonsis ouibus incoctum adhibetur.
Tota cedrina magis tenuium partium esse
perhibetur, at minus acutum, tamen non
minus, sed magis operatur, quàm cedrea.
Hinc eo utuntur uulgo in uulneribus pecorum
factis ex forficibus, dum attondētur, & in
scabie, & aduersum muscarum, asillorumq;
compunctiones.

Cedrides, ita nanq; cedri fructum nominant,
magis temperatam habet vim. Mandere autem
potuerint cum capitis dolor obuenerit, calescitq;
& lancinatur os uentris.

ἀσκαρίδια
tertiū genus
inter
lūbricos
uentris faciunt.

Κενταύριον
τὸ μέγα

Centaurij magni radix ex contrarijs cōstat potentiss. Gustu igitur acuta, simulq; acerbescere uidetur cum breui quadā dulcedine, operatione autem acumen quidē caliditatis opera ostendit, auertens menstrua, & embrya mortua auellens, & absusmens uiuentia, simulq; efficiens, acerbitas indicat crassiorum partium, & terrestris frigiditatis opera agglutinando uulnera, & sanguinem expuentes iuuat præbendo eis drachmas .ij. febricitantibus cum aqua, si ne febre autem cum uino omnibus in qualitatibus operatur, & fracturis, & luxationibus, & spiritus difficultatibus, et uetustis conuenit laceris locis. Neq; enim exinanire modo conuenit in talibus contra naturam, sed corroborare, & confirmare exusta. Hæc autem ipsa radix & succus ipsius præstat, & aliqui pro lupino utuntur remedio, ipso non præsentente.

Κενταύριον
τὸ μικρόν

Centaurium paruū, huius radix prorsus inefficax, inofficiosaq; , at rami cum folijs efficaces. Flores autē ex ipsis utilissimi. Dominatur uero in ipsis amara qualitas, parum quiddam participat acerbitalis, & ob hoc ualde ad arefaciendum præsentaneum remediū absq; lancinatione. Ingētia uero uulnera aggluinat uiridis herba sup

imposita, et q̄ difficillime in cicatricē coeūt
 sup̄inducta in cicatricē cogit, et arefacta cō
 glutinātis ac arefaciētis potētīe reb⁹ ammis
 scēt, q̄cunq; sinus & fistulas curare possint.
 Antiquas quoq; duricies, molles reddere
 existimatur, & in malā consuetudinē deue
 nientia medicatur hulcera, curatq; fluitan
 tes affectiones. Herbæ concoctione quidā
 ischiadicis medentur, quod agat biliosum
 & crassum succum, nam ipsum purgat &
 uehementer operatur, cruenta exugit, ius
 uatq; plurimum. Succus uero ipsius eius
 modi propemodum est potentīæ, hoc est,
 arefaciendi, & abstergendi, & quæ iam dis
 cta sunt egregie operatur, & cū melle mes
 detur, oculis adhibitus, is succus menstrua
 agit & embrya. Haud auersantur aut̄ qui
 dam ipsius potū, quibus obledūtur nerui
 quod hæc imposita exinaniant, & arefaci
 ant sine mœrore. Nempe etiam ad iecoris
 amouendam opilationem presentaneum
 remedium est, bonumq; obdurato spleni,
 extrinsecus adhibitum, necnō potum. Su
 mendus est herbæ succus cum pubescit flo
 rescitq;. Datur succus cum aqua calida sa
 leq; exiguo & aceto pauculo, purgat mo
 do quodā mirabili humorem melancholi
 cum. Coma autem subsecta cum melle

ἔμβρυον δι
 ci, quod q̄
 pregnāte
 in utero
 geritur.

D v

cocto ad collyria facit imposita, fistulas sedat, & putredines eximit, corymbos amputando, dato ieiuno cum aquæ calidæ cochliario tribus diebus perpetuis, uel pluribus, & intuebere mirabilem ischiadicis utilitatem, necnon aduersum polypos in naribus aridum immittendo.

Pli. lib. 15.
cap. 25.

Cerassus arbor à cerassunte oppido ponti, fructus fert mediocriter acerbescens cum dulcedine. Maturus igitur fructus magis dulcescit introrsus stomacho minus bonus. Præmaturus autem & magis austerus contra. Gummi autem ipsius arboris scribunt quidam cum uino potum, plurimum prodesse calculum gestantibus ac laborantibus eo morbo. Est etiã cerassum oïno dulce, id stomacho improbissimum.

*Ξολοκέραια
ἢ ἰσχυρὰ*

Ceratonia arefacientis & acerbescens sunt potentia, quemadmodum etiam fructus ipsius ceratia nominati, siliquas nostri uocant, dulcedinis nonnihil particeps est, eandem fere habent cum cerasijs uim, humida siquidem cū sint, magis aluum subducunt, arida uero magis sistunt.

κέρσον

Pli. lib. 25.
cap. 8.

Cestrum, quæ à nostris betonica nominatur, dicitur etiam psychotrophum, uim habet secādi, ut gustus ipse promittit, amara & acuta herba est, suum habet effectū,

Nam in renibus calculos dissipat, & pul-
monem, & thoracem, & iecur purgat &
abstergit, & menstrua cit, et comitiam cu-
rat morbum, & fracturas, & luxationes,
acuta febre afflictos, & ischadicos pota ius-
uat, nominatur etiam ferratula.

Cicis, quæ omphacites nominatur, ^{puro id qd Arabes keena} ^{vora} ^p
tis acre medicamen est, essentiaë terrestris,
frigidaë multum habens, qua arefacit & ex-
pellit fluxus, et cogit, et astringit mollia im-
becilliaq; mēbra, omnibusq; fluxibilibus
langoribus occurrit, planeq; obsistit, po-
niturq; in tertio arefacientium ordine, se-
cundi autem refrigerantium ordinis. Alte-
ra uero cicis flaua & laxa, & magna, arefa-
cit quidem ipsa quoq;, sed eatenus id mi-
nus, quatenus acris est qualitatis. Cocta
autem ipsa per sese, inde leuigata pigmen-
tum in ano ardorum est. Opus autem qui-
bus fuerit mediocri acerbitate, coquere ex-
pedit in aqua multum, & uino plurimum
austero. Vstæ autem cicides attenuantis
potentiaë sunt, non dubium, quin calidita-
tis exustione plurimum habeant, tenuiūq;
partium sint inter ea, quæ urunt, & paulo
magis arefaciunt. Opitulantur autem in-
censis ardentibusq; ex carbunculis cū ace-
ro aut uino.

Carbun-
culus fit,
cum refer-
buerit san-
guis copi-
osiore as-
tra, bile
abundans.

*Abugezig. Mollificat grossitas opostemam. & confortat asperam p'teris qm p
m² sup ipso vel qm fit r' ca l'orh r' aliq' oleo: sicut est oleo viola
cew: & mollificat nervos. & l'iora q' qm' estiaz. & r' ipa' r'ofim' r' qm' r'ia*

κηρός
Dios. li. 2.
ca. 47.

Cera in medio calefacientium, & refri-
gerantium est, humectantiumq; , atq; are-
facientium. Habet autem partium crassitu-
dinis quidpiam et pigmentarium, ideo nō
arefacit modo, sed etiam per accidens uis
detur humectare inhibēs distillationes, quā
obrem aliorum medicaminū materia est,
ipsa uero per sese in numero coquibilibus
fuerit debilibus extrinsecus positorum, ha-
bet nanq; breue quiddam potentiae distrah-
endi, in qua multum assumpsit mellis.

Ciboriū
quasi scri-
niolum.

Ciborium, uiridem fructum Ægyptiū
cyamum, quod ualet fabam uocant cibor-
rium, quare quod de faba dicitur, idem de
hoc considerandum.

Orbasims uocat Cardiu

Cinara, edulium est malum stomacho,
præcipue cum fuerit asperior, nam bilio-
sum succum in sese obtinet, totamq; essen-
tiam lignosorem. Proinde ex ea humor
gignit melancholicus, ex eius succo tenue
& amarum bili, melius itaq; præcoquere
ipsam antequam manduces.

Cicis fructus quem quidam crotona uo-
cant, qui purgat, abstergerendi ac distrahens
di uim habet, eius folia imbecillius. Ex fru-
ctu ipsius oleum calidius, tenuiumq; pars
rium est magis, quàm commune, ob hoc
etiam uim habet distrahendi.

Cistus, uel cistharus acerbescens arbutū Dios. lib. 1. *Rosa rama*
est eousq; , ut ipsius folia ad emplastrū ad c. 17.
hita glutinent uulnera. Flores autem sine
efficaciores, ut cum uino poti, tormina &
uentris infirmitates, imbecillitatesq; & fluxus,
& humiditatem curent. Emplastrum
adhibita putridis opitulatur hulceribus,
arefaciendo fere in secūdo ordine, Arbuti
autem frigiditas tepidæ particeps est quali-
tatis. Verum quæ hypocistis nominatur, *ἵπποκιστίς*
folijs multo est acerbior, medicamen mult *Dios. li. 2.*
tum efficax omnibus fluentibus langoribus, *c. 18.*
ut sanguinis deductionibus, & fluxui
muliebri, cœliacis, hoc est, in aluo excitatis
& dysentericis, nempe torminosis affectio-
nibus. Verum corroborat membrum, si
uelimus restituere multa affectum humidi-
tate, robur et firmitudo reparatur, idq; plu-
rimum mixtum idoneis epithematis, uel
antidotis.

Cistus, uel ladanum, in calidioribus lo- *κιστός*
cis hic cistus editus non est genere alius, q̄ *λάδανον*
in alijs regionibus peculiaris loci est, suam *Dios. li. 1.*
quandam distrahendi habens caliditatem *c. 19.*
frigiditatem ponendo. Cætera sunt prope
modum, quæ in dicto iam cisto. Quod ue-
ro ladanum appellatur, ex ipso calidū me-
dicamen efficitur in primo ordine, iamq;

ad secundum perueniens. Particeps autē
cuiusdam breuis est acerbitalis, estq; essen-
tia partium tenuium, & perinde uim ha-
bet mediocrem mollificādi, atq; distrahen-
di, atq; adeo concoquendi, non igitur mis-
randum, si eis quæ uulnæ eueniunt conue-
nit. Id propterea quiddam habet etiā acre,
ideo fluentes capillos sistit, nam quicunq;
pernitiosi humores sunt infesti pilorum ra-
dicibus, ipsos attenuat, & absumit, cogit &
astringit acerbitate ipsarum meatus com-
pingendo.

κισσός

Cissus, hoc est, hedera, contrarijs cōstat
potentijs essentia acerbescens, quam fris-
gidam & terrestrem dicimus, habetq; acus-
mina, quam calidam esse gustus attestatur,
essentia aquosæ est particeps uiridis, tepis-
da. Viridia ergo folia incocta uino, ma-
gna uulnera cōglutinant, hulceribusq; me-
dentur uetustate malis, cicatrices obducit
ex igni factis hulceribus. Cum aceto autē
cocta folia splenicos iuuāt. Ipsius uero flo-
res ualidi admodum, ut cū cerote leuigat,
igni uestionibus accommodantur. Succus
autem uetustos aurium curat fluxus, nec
non hulcera aurium, ac narium. Quod si
paulo acutior uideatur, miscetur oleū rosa-
ceum, aut oleū dulce, eius autem lachryma

pediculos perimit, & capillos attenuat, eo usque calidæ potestatis est, ut aliquatenus exurat, ea lachryma iuuat etiam pota calculosos.

Cnicus. Cnici semen in purgationibus dumtaxat adhibetur, tertij calefacientium ordinis est, si quis extorsus ipso uti uoluerit. κνικος
Dios. li. 4.
cap. 178.

Coccus gnidius, purgat ipse quoque, acutem autem est & urentis potentia. Pli. li. 27.
cap. 9.

Coccus infectiuus, acerbescens & amarum habet qualitatem, Arefacit autem amarus absque morfiunculis, ob hoc ingentibus congruit uulneribus, & neruorum uexationibus, cum aceto aut oximelle solutus. Cocco
gnidio co
lor cocci,
magnitudo
grano
pipis mas
ior. uis ar
dens.

Colocasium, uel masiganium, eandem quam radix habet potestatem, nempe quam rapæ & cepæ. Tenax autem ipsius est corpus, quamobrem & abstergendi potentia est, iuuatque aluum.

Colocyntha seu cucurbita, humidum & frigidum est temperamenti in secundo utriusque ordine, quamobrem abrasionum ipsius succus, aurium ardoribus doloribusque cum oleo conuenit rosaceo. Ita demum tota im-

pecta calidos ardores mediocriter refrigerat, deuorata gracilentos efficiens & sine frigore, nutrimentumque corpori exhibet humidum & frigidum, ideo paucum. κολόκυνθα
Dios. li. 2.
cap. 120.

*Habe mesuaj. sanith curmbite
confert msi & dolori ptoris q
calore coimqit: & absterdit sibi
& confert agetati q fit a sole
na. q. R. asis. 3. al. ca 18. Curm
bata frigida est & humida. q
sio mala ex no appetit destr
mit. sibi q q. Vedat: & epatis ar
stui ardore exingit. qm in us ar
buidat calor.*

coquitur non male cū non præuenerit cor-
ruptio, hoc aut patitur ob improbitatem,
cum in uentre cōgregatus improbus fuerit
humor. Ceterū ob hoc grauari, tardiorēq;
fieri uentrem contigerit, ut alijs humidis
edulijs, nō iniuria horygano condiri gau-
det, ob eam, quam in sese aquosam habet
humiditatem, cuncta siquidem huiusmo-
di acutis, uel acidis, uel austeris, uel salsosis
remisceri debent succis, si accommodate
sumi debeant, ne in nauseam perducant
admittentes.

^{Vredo}
Comarus nempe arbutus, fructus huius
uocatur ab alijs carmemecylum, ab alijs
memecylum, quod stomacho nō bonus,
doloremq; capitis excitat, stirps una cum
fructu acris.

Commi, quod ualet latine gummi, are-
facientis est & impactilis potentia, asperita-
tibus medetur.

Conia, nempe polinis, stacte tanquam
ablutio materierum cinerecianum, ita no-
minatur, plus omnibus uim habet abster-
gendi, atq; arefaciendi, quiq; cinis ficulne-
us & tithymallorum, & ferme qui dicun-
tur putridæ potentia, tenuitate autem par-
tium essentia cætera dolorem urit.

Conyzæ

Conyzæ, nempe maior & minor, eiusdem fere sunt potentia, gustu quidem acutæ, & amaræ apparent, manifesto calefacientes & arefacientes, ut in ambabus qualitibus tertij sint ordinis, coctæ igitur in oleo, rhigoribus februm ambientium medentur. Flores autem ipsarum cum folijs nonnulli terunt, potandumque id præbent ad prouocanda menstrua, & embrya eicienda. Est porro tertia conyzæ species, quæ in humidioribus nascitur locis iam dictis, minus bene olens, & imbecillior.

Corianum uel corium, ex contrarijs constat potentijs, multum autem habens amaræ essentia, quæ tenuium partium & terrestris non parum aquosæ humiditatis, potentia tepide, aliquantulum acerbitalis habet, ex quibus omnibus uarie operatur, quæ Dioscorides scripsit, non refrigerando solum, sed etiam calefaciendo.

Colla, quod latine ualet gluten, ex siligine, uel gyri pigmentalis ac concoquibilis est potestatis, de tauro colla autem, & similia dicetur ubi de animalibus.

^{pes cornu} Coronopodium, huius radix creditur mansa iuuare coelicos.

Costus paucule admodum est amaritudinis, sed acutæ & calidæ qualitatis, atque

κόνυξ

Et Conyzæ duo ge

nera in coronamen
tis mas &
foemina.

Pli. lib. 21,
cap. 10.

Est fortasse
quod pollina
ria uocant

κόριον

Romani
coriandrū
Dios. li. 3.
cap. 65.

κόλλα

Dios. li. 5.
cap. 93.

Ex boum
cornijs con
ficitur.

κόσος

Dios. li. 1.
ca. 15.

E

Rafis 3^o al. ca. 22. Costis ralis existens & surq opilatione aperit & purgat raris
terrodet sup fluid. q. ronalisimo ex fr^o passis si naves r co suffimmet, admod.

potentia, & perinde etiam attrahit, quare
conterunt ipsum cum oleo antequam im
mittant in corpus rhigentium ex ambitio
fa febris, alij autem in fideratis et ischiadicis
& prorsus ubi calefacere aliquod mem
brum conueniat, uel e profundo aliquem
succum insuperficiem attrahere ad usum
huius properatur. Hac de causa urinam
cit & menstrua, fracturis & luxatis & late
rum congruit laboribus, ob insitam amas
ritudinem lumbricum latum perimit. Ad
epheles utuntur eo cum aqua uel melle,
ineft autē ei ex temperamento humiditas
quædam inflandi, qua uenerem exacuit
cum œnomelle potus.

Vmbilicis vine
riis
κοτυλη
δών
Pli. lib. 25.
cap. 13.

Cotyledon mixtæ potentie est, humide
& frigide, & hebetis cuiusdam acerbitatis,
aut breuis amaritudinis, unde refrigerat, et
expellit, & absterget, & distrahit, ardore
ignis sacri, et sacros ignes succensos curat,
ardentique stomacho satis utile pigmentum.
Creduntur folia cum radice si manducen
tur, calculos atterere, & urinam cire.

κράμβη
ἀγρία

Crambe agria, brassica agrestis, aridior
& calidior temperamento est multo, quā
domestica, uelut cuncta fere alia agrestia
ualidiora sunt domesticis. Vnde non in
suauiter intrinsecus corpori admouentur,

distrahit autem & absterget uehementius,
quàm domestica.

Crambe thalattia, brassica marina, falso
sa aliquatenus gustantibus cū breui amari-
tudine, ideo uis eius abstergendi & arefaci-
endi imbecillior in utroq; est amaris.

κράμβη θα-
λασσία

Crocodilium, crocodilij semen acutū
quidem est, & odoratum, uim mingendi
excitans, & menstrua agendi. Proinde ca-
lidæ etiam potentiæ est, & distrahentis, &
arefaciētis, caulis autem succus & seminis
similis potentiæ, iuuat nephreticos, dolore
inquā renum affectos. Radix uero ualde
confert, qui ex thorace excreant, minus au-
tem acuta est semine, at nihilominus ama-
ra, agit autem etiam per nares sanguinem.

κροκόδει-
λιον

Diosc. li. 3.
cap. ii.

Crocus quiddam exiguum habet acer-
bescens, quod indicat terrestre frigidum.
Dominatur autem in ipso qualitas, uisq;
calida, ut cuncta eius essentia in secundo sit
calescentium ordine, & primæ arefacien-
tium, ob hoc etiam facit concoquere ope-
rante pariter breui acerbitate.

κρόκος
Diosc. li. i.
cap. 25.

Cepe ex quarto est calescentium tem-
peramento, cuius essentia crassarum partiū
est, unde hæmorrhoidas apposita interrū-
pit, & cum aceto peruncta oleo uirilignes
absterget, & attrita alopecias confestim ex-

κρόμμυον.

uscitat in pilos, manducata uero corpus calefacit accumine, attenuatq; in ipso crassos & tenaces humores, uentum in uentrē inducit ob essentiæ crassitudinem partiū, sanguinemq; gignit.

κυκλάμι
νος Roma
ni umbili
cus terræ.

Ραμὶς ῥωμα
Μαλὴ τερρε

Cyclaminus uarię potestatis est, nam & absterget, & secat, & interrumpit, et euellit, & distrahit, succus nanq; ipsius interrūpit hæmorrhoidas, & appositus uiolenter aluum irritat, ita phymata & chæradas seu strumas, omnesq; alias duricies, differenti bus potestatibus ammiscetur, & suffusio nibus congruit cum melle sublitus. Præ terea etiã per nares purgat, uis ipsius pror sus uehemēs, & illito uentriculo ipsa aluū subducit, & embrya absomit. Tota autem radix succo imbecillior est, uehemens ta men ipsa quoq;. Menstrua siquidē cit pos ta, nec non apposita, et arquatos, regio in quam morbos curat, non intestina modo purgans, sed e toto corpore bilem exhaus riens per sudorem eiectat, bene connecto fotoq; corpore Potam uero quantitatem conuenit ad tris dragmas esse, uel ut pluris mum ad summūq; quatuor dulci aliquo uel melicrato, hoc est, mulso, absterget ue ro cutem, in eaq; curat ephelidas, & alope cias, & id genus alia curat. Lienēs quoq;

duros iuuat apposita, expediatq; & arida. Præbent etiam aliqui aridam radicem etiã asthmaticis, atq; anhelosis, dissecta autem arida, & attaminata, quassaq; tenuissimo cribro polinario, farinarioue cum gareo phyllo, ut sit quidem radicis uncia una, gareophylli cocci ʒi. suctuq; naribus attracta purgat, educitq; à capite crassos & tenaces humores, inde medetur ueteribus capitibus doloribus, comitialesq; morbos plurimum iuuat.

Cuminum, cumini semine præcipue utimur, est autem calefaciendi potentia, mingendi uim habens, & exhauriendi, in tertio ordine calefacientium est.

Cyparissus, uel cupressus, cupressi folia & rami, & spheria noua, & mollia, magnum uulnerum in duris corporibus sunt glutinatoria, unde manifestum est arefaciendi esse potentia, nihil insigne habentis acuti & calidi, at multum habet amarum, multoq; plus ei inest acerbum in tota stirpe. Tanta autem in ea caliditas est, quanta agitur in profundum acre. Nullam uero caliditatem, uel lancinationem exercet corporibus, ob hoc e profundo humiditates in gracilitatibus & putridis affectionibus expedit, simulq; tute depascitur, aliam non

κυσσάρις
509.
Dios. lib. 1
cap. 93.
Adstrin-
git cupres-
sus et refri-
gerat.

reuellens humiditatem. Et perinde etiã en-
terocœliacos apposita iuuat, arefacit nãq;
& firmitudinem promittit tepescentibus
humiditate corporibus, ut acerbitate in
profundum subeunte ducat eam humidis-
tatem media remixta caliditate, utũtur aus-
tem ipsa nonnulli in carbunculis & herpe-
tis, farinis ammiscendo.

Cyperũ, cyperi utiles admodũ radices,
calefacientes & arefacientes absq; lancina-
tione, unde per humiditatem multã hulce-
ra mirifice iuuant, habent nanq; quiddam
acerbescens, stypticumq;, ob hoc hulceris-
bus oris multum accommodatum, secans
dicq; uim quandã habent, calculosisq; me-
dentur, & urinas & menstrua ciunt, cyper-
um Plinius gladiolum uocari ait.

*Avabire Al-
gamma vana
q; olea vana
olm de alra
na.*

xviii
in Aegy-
pto est ars
bor flore
candido.
Pli. lib. 12.
cap. 24.

Cyprus, huius arboris folia, & pediculi
& flores utiles, mixtæ sunt potentie atq;
temperamenti. Habet autẽ quiddã distra-
hẽs, ex aquosa essentia calida mediocriter,
habet etiam quiddã exacerbescens, ex ter-
restri frigida, unde decoctio igitur exhaus-
ta iuuat igni exusta. Vtuntur autem etiam
in febribus ardoribus & carbunculis, est
nanq; iucunde ac sine morfu arefaciens,
hulceribusq; in ore sponte obortis, præser-
tim ab aphtha conueniunt, quæ diximus

mansa. Folia uero cypri arefacta in umbra
& resecta, concisaq; inde cocta in aqua fer
uenti cinere, lento igni iure magirico alis
quantulo inculcato, uel aceto pauculo, bo
num efficit cataplasma atq; pigmentū po
dagricis, articularibusq; morbis impositū
magnis ardoribus, lenit nanq; ardores, &
fluxum, fluidumq; humorem protrudit,
& distrahit iam locū occupantem per me
atus incertos, tanq; per sudores. At corpus
offendit, p̄sertim ungues, ideo expedit lo
ca ea prius inungere humecta rosacea cę
roto, pigmentum ipsum si affuerit tēgen
dum folijs ciceis, aut carpassi.

Cytisi folia distrahendi uim habent am
mixto aquoso succo tepido, sicut etiam
maluæ.

Conium, ut quidam cicuta, extreme est
refrigerantis potentia, ut nouerūt omnes,
& ob hoc, ob ingentē frigiditatem lethale.

κώβειον
Pli. lib. 25.
c. 13.

Coni fructus, quem uocant cocalum et
strobelum, totus quidem uiridis, habet au
tem quiddam cum humiditate amarum,
& acutū, & ob hoc emaphyicis sputādi
morbo laborantibus, alijsq; quibus opus
est ex thorace, & pulmone tussiedo & spu
tando subleuari idoneus est. Fructus au
tem ex ipso manducabilis est, concoctu

Cicuta ue
nenum est
publica
Athenien
sium p̄ces
na inuisa.

Comi fr̄s
pimi

difficilis, & ualidus, et multi succi, quod sic oleosus. Est sane medicamen ad abolendam asperitatem idoneum, præsertim in aqua madefactū deponit uniuersum quicquid habet acutum.

Arabia lib. χαλβάνη
Pli. lib. 12.
cap. 25.
venena hinc dicitur bezard
q^o noie oia q^o venena.

Chalbane, succus est ferulaceæ stirpis, quæ uim habet mollificandi & distrahendi, calefacit autem fere in tertio ordine, arefacitq; in secundo.

Her oia Galen. χαμαί
Et noie uidei? D. sup.
Abungig. fit Simp. ex
ad uissi antiqua. et ad
emphion digestiois empirio
pro hydrophis. 2 ad spasmod
2 quato simp. eius cut ve
risher. fudo cut maioris vir
tutis. 2 liba robura refert
fistula lachrymali. et cig dicitur
refert ystheru mign.

Chamædris dominantem amarā possidet qualitatem, est autem etiam quodam modo acuta, unde & splenem tabefacit, & urinas, & menstrua mouet, humorumq; diluicrit crassitudinem, & in uisceribus opilationes expurgat, estq; in tertio calefacientium & arefacientium ordine. Ipsius autē coctio multum elixata, continueq; pota, & quartana febre detentos liberat, latine auctore Plinio trifago, ut aliq; serrata.

Her arabia dicitur mezeuon
semita eig est rorogmatio

Chamælea dominantem habet amarā qualitatem, ideo quæcunq; maximas habent crustas, quas uocant escharas, cū melle purgare potest, pota autem inter purgatoria est.

Vngula tab. χαμαί
lib. λεύκη.

Pli. li. 24.
ca. 1 f.

Chamæleuca, potentia calida est in tertio ordine, arefacit autem in primo, quare succensa in prunis, euidenter iuuat dyspnoicos difficulter spiritum ducentes excipien

tibus ipsis fumū in gutturis suffocatione.
Latini farranum, siue farfugium uocant,
eius radix tussilago, quia tussi & faucibus
prodest, græce bechium.

Chamæleon, chameleontis radix nigra
habet quiddā lethale, unde forinsecus usus
ipsius est ad scabies, & impetigines, & uitis
ligines, & prorsus quęcunq; egeant abster
sione, uimq; habet mollificandi & distra
hendi. Arefacit uero in tertio ordine, cale
facit uero in secundo, ut compleat. Albi au
tem chamæleontis radix pota cum uino
austero, aceto madefacta, latum lumbricū
perimit. Præbent autē etiam ipsum aquæ
intercuti laborantibus, nempe hydropicis

Chamæpitis tertij ordinis arefacientium
est, calefacientium autē secundi, admodum
amarescit, intestina absterget, magisq; cale
faciat, unde & arquatis medetur, & prorsus
opilatis iecore remedium presentaneū
est. Agit etiam menstrua pota, & cū melle
apposita, cit quoq; urinam. Quidā ipsam
præbent ischiadicis coquentes in mellicra
to. Ipsa uero uiridis herba glutinare ingen
tia uulnera perhibetur, mederiq; marcescē
tibus hulceribus, ac distrahere in mammis
asperitates. Hæc latine cum rus terræ, tum
aiuga nominatur.

Camomilla junioris uocat

Χαμολπι

τυς.

Dios. li. 3.

cap. 168.

*His oib; testatib; conuenit
issima est*

*Itali uocat yma et d' uia yma q' a uiriditate nomen
cum pitibus. quod E Muscu in capite d' agritudine nomen
nomen sub nouo ymay v' claudat. et idē d'*

Chelidonium, abstergendi uim habet, et
latis calefaciendi, & succus acidus est, ubi
aliqua crassitudo coiuuit in pupillam, quæ
non facile possit dimoueri eam distrahit,
Vsi autem sunt quidam radice ipsius arqua-
tis salubri ad opilationem ex iecore amo-
uendam in uino albo exhibendo cum aniso
potandam.

*Cistorium miseris.
Camomilla? Anthemidis*

De incipientibus & D litera.

*Arabes fistula pastoris
wort.*

DAmasonium, uel alcysma, huius ra-
dicem, ait Aetius, se expertam fuisse
coctam in aqua, aqua pota, attrito
fuisse in renibus lapillos.

*Sancti
Dantg. pastinaca adstis*

Daucus, quem etiam staphylinum no-
minant, agrestis minus manducabilis do-
mestico, at in cunctis uehementior, uerum
domesticus manducabilis quidem, sed im-
becillior. Sunt autem acutæ & calidæ po-
tentia, & ob hoc attenuantis. Radix igitur
obtinet quiddam inflatum, & perinde ues-
nerem exuscitat. Semen domestici quidam
quiddam habet exacuens uenerem, at agre-
stis prorsus sufflatis expers est, & ob hoc
urinam cit & menstrua.

*Sancti
Daphne alexandrina
ydea Danae hippoglossa
Zala stephanid idem.*

Daphne, herba etiam alexandria nomi-
nata. Daphnes arboris, id est, lauri, & folia,

Fragment of text from the left edge of the page, including the letters "di" and "e".

A rectangular piece of aged, yellowish paper with a vertical crease down the center, attached to the left edge of the page.

¶ Diptamq. aut durtamq. Diastou
des. Operatio durtam e sicut opus pul
gij domastri. nisi qz p fortius virtute et
mitrat in gstrick vnguentoy. q sunt colta
morq venenosos. e puocat urina e me
strina. e qn oburitur fugat venenos a suo
odore. Durtam differt a diptamo. sunt
tm ea q fait diptam. nisi qz e debiliq.

& fructus, & baccæ arefaciunt, & multum calefaciunt, magisq; baccæ. Cortex autem radice minus est acutus & calidus, sed magis amarus, quiddam habens acerbi. Hæc calculos terunt, hepaticosq; iuuant, bibitur autem in uino odorato trioboli pondere.

Dictamnium magis tenuium partiū est glichone, in ceteris autem consimile, quod aut dicitur pseudodictamnū, imbecillius.

διταμνος pulcrum ager
Dios. li. 3. plinns' h' 25
in 8 d'ptamū
cap. 33. a vuln' d'atis a
primah' b' col' p'
vuln' r' r' z' l' a' m' p'

Dipsacus, huius radix in secundo est ordine arefacientium, habet autem etiam quidam abstergens.

διψακ. Stamm & vuln' r' r' z' l' a' m' p'
Dip' arg' r' r' d' g' est. f' n' l' u' m' u' . ant' v' n' e' r' u' d' g'

Dorycnium simile temperamēto est pauperi & mandragoræ, & alijs ita refrigerantibus, parū si sumatur perturbat multum, occiditq;.

δορυκνιον.
Dios. li. 4.
cap. 69.

Dracontium, acutius est ^{laro} aro & amarius & magis calefaciens, & partiū magis tenuium, breuem quandam habet acerbicatem cum acumine & amaritudine, unde in his præcipue efficax est medicamen. Radix si quidem purgat intestina, cunctosq; humores crassos & tenaces, & hulceribus in mala cōsuetudine uetustis remediū est, purgat & absterget plurimū cuncta quæ sunt abstergenda, & uitiligines cum aceto, sed folia hulceribus & uulneribus recētibus medentur, et quāto minus fuerint arida, tanto

Vitiligines
fiunt candidæ ex pituitoso humore.
Nigræ ex atrabile.

